DE SILII ITALICI EPITOMES RE METRICA ET GENERE DICENDI.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT
ROBERTUS DOERING
SAXO-BORUSSUS.

ARGENTORATI
APUD R. SCHULTZ SOCIOSQUE.
MDCCCLXXXVI.

DE
SILII ITALICI EPITOMES
RE METRICA ET GENERE DICENDI.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ROBERTUS DOERING

SAXO-BORUSSUS.

ARGENTORATI

APUD R. SCHULTZ SOCIOSQUE.

MDCCCLXXXVI.

In appendice programmatis Lycei Argentoratensis a. 1884 editi mihi proposueram, ut demonstrarem Epitomen Iliadis Latinam ab eodem C. Silio Italico esse confectam, a quo Punicorum libros XVII, cuius poetae cognomen in acrostichide litteris initialibus primorum octo Epitomes versuum formata latere O. Seyffertus perspexerat (cf. Munk-Seyffert, hist. litt. Rom. 2², p. 242). Simili modo Lucanus, discipulus Cornuti rhetoris, cuius amicitia Silius Italicus non minus illo utebatur, adulescentulus vires rebus Troicis carmine exponendis expertus est (cf. progr. p. 6). Atque Homeri, quem in utroque carmine summa veneratione prosequitur Silius, multa insunt vestigia non tantum in Epitome, ut par est, sed etiam in Punicorum libris (cf. progr. p. 7). Nec minus memorabile illud est, quod utrumque carmen imaginibus ex re nautica depromptis abundat, Musae simili fere modo invocantur, gens Iulia in Epitome, Flavia in Punicis praedicatur, Stoicorum praecepta carminibus intexuntur (cf. progr. p. 8 sqq.). Nec multum distat ratio, qua Silius in Epitome conficienda Iliadem secutus est, ab ea, qua in maiore carmine componendo Livii historiam usurpavit. Qua de re cum uberius in programmate supra dicto disseruerim (p. 10 sqq.), hoc loco sufficiat repetere in Epitome de 1070 versibus ad libros quinque Iliadis primos referendos esse 537, in Punicis tribus primis belli annis expleri libros undecim, ceteris libros sex[1]). (Cf. Berl. Philol. Wochenschr. a. 1885 p. 424 sqq., ubi Luc. Muellerus vir doctissimus censuram libelli mei scripsit.)

DE RE METRICA.

Pauca in illo programmate de re metrica et de usu loquendi Epitomes et Punicorum propriis protuleram (p. 36 sqq.). Nuper Epitomen denuo pertractavi et non tantum cum Punicis, sed etiam cum aliis poematis ac maxime cum Aeneide Vergilii et Metamorphosibus Ovidianis comparavi. Eos quos ex hac disquisitione percepi fructus hac quae iam sequitur commentatione colligam. Materiam autem ita ordinabo, ut primum rei metricae proprietates, quas in perlegenda Epitome deprehendi, cum rei metricae legibus in Punicis observatis conferam, deinde singulos Epitomes versus inde a primo usque ad ultimum ita perlustrem, ut et eas locutiones dictionumque sollemnium proprietates enumerem, quibus Epitome cum Punicis consentit, et eas, quibus cum aliis poetis, ac maxime cum Vergilio et Ovidio.

Non sine lege poetas Romanos in hexametris dactylos et spondeos miscuisse et singulos poetas multifariam inter se discrepare tabellarum ope demonstravit Drobischius in: Berichte über die Verhandl. der Königl. Sächs. Gesellsch. der Wissensch., philol.-hist. Classe, 1866, p. 75 sqq. Atque quam diligenter Graeci de re metrica scriptores hexametrorum σχήματα examinaverint, nuperrime docuit Studemundus Anecd. Var. I (Berolini 1886) pag. 108 sq. et 216—221. Drobischii exemplum secutus similibus tabellis compositis ostendam, quas hexametri formas in deliciis habuerit, quas rarius admiserit Silius. Rem autem ita institui, ut omnes Epitomes versus exceptis iis, quos uncis seclusit Baehrensius[2]), et praeterea tres Punicorum libros (I, IX, XVII) in censum vocarem.

---

[1]) Cf. Ludwig Bauer, Das Verhältnis der Punica des C. Silius Italicus zur III. Dekade des T. Livius. Dissert., Erlangen 1883, p. 56 «Vom XII. Buche an wird Silius kürzer; während Buch I—XI dem XXI. und XXII., zum Teil auch noch dem XXIII. Buche des Livius entsprechen, hat der Dichter in den Büchern XII—XVII alles das zusammengefasst, was Livius XXIII—XXX berichtet»; cf. etiam p. 22 sqq. cum eis, quae in progr. p. 11 sqq. de orationibus a Silio carminibus intextis exposui.

[2]) Baehrensii editionem secutus sum, quoniam perpauca editionis Muellerianae exempla typis exscripta sunt.

Formae	Epit. (15 versus a Baehr. uncis secl. omisi).		Pun. lib. I.		Pun. lib. IX.		Pun. lib. XVII.		Verg. Aen. I 1—560.		Ovid. Met. I 1—560.		Lucan. Phars. I 1—560.	
dsss	145	13,74	93	13,40	85	12,94	85	12,99	78	13,93	76	13,57	83	14,82
dsds	84	7,96	64	9,22	66	10,04	52	7,95	52	9,38	63	11,25	98	17,50
dssd	72	6,82	33	4,75	35	5,33	36	5,50	33	5,89	78	13,93	39	6,96
dsdd	51	4,83	19	2,74	14	2,13	20	3,06	27	4,82	54	9,64	19	3,39
ddss	130	12,32	61	8,79	55	8,37	52	7,95	75	13,39	60	10,71	59	10,53
ddds	71	6,73	34	4,90	33	5,02	41	6,27	44	7,86	45	8,03	33	5,89
ddsd	71	6,73	29	4,18	22	3,35	26	3,97	22	3,92	57	10,18	29	5,18
dddd.	37	3,51	14	2,02	6	0,91	11	1,68	4	0,71	33	5,89	13	2,32
sdss	101	9,57	71	10,23	87	13,24	74	11,31	57	10,18	26	4,64	58	10,36
sdds	54	5,12	29	4,18	39	5,93	50	7,64	30	5,36	13	2,32	28	5,00
sdsd	51	4,83	41	5,91	16	2,40	31	4,74	20	3,57	21	3,75	23	4,11
sddd	19	1,80	7	1,01	15	2,28	11	1,68	12	2,14	11	1,98	11	1,98
ssss.	59	5,59	71	10,23	71	10,81	67	10,24	37	6,61	6	1,07	15	2,68
ssds	55	5,42	63	9,08	61	9,28	58	8,87	38	6,78	6	1,07	32	5,71
sssd	36	3,41	43	6,20	29	4,41	24	3,67	18	3,21	5	0,89	12	2,14
ssdd	19	1,80	22	3,17	23	3,50	16	2,45	13	2,32	6	1,07	8	1,43
	1055	100	694	100	657	100	654	100	560	100	560	100	560	100
dact. in I pede	661	62,65	347	50,00	316	48,10	323	49,39	335	59,82	466	83,22	373	66,61
spond. in I p. .	394	37,35	347	50,00	341	51,90	331	50,61	225	40,18	94	16,78	187	33,39
dact. in II p. .	534	50,62	286	41,21	273	41,55	296	45,26	264	47,14	266	47,50	254	45,36
spond. in II p.	521	49,38	408	58,79	384	58,45	358	54,74	296	52,86	294	52,50	306	54,64
dact. in III p. .	390	36,97	252	36,30	257	39,12	259	39,60	220	39,29	231	41,25	242	43,21
spond. in III p.	665	63,03	442	63,70	400	60,88	395	60,40	340	60,71	329	58,75	318	56,79
dact. in IV p. .	356	33,74	208	29,97	160	24,35	175	26,76	149	26,61	265	47,32	154	27,50
spond. in IV p.	699	66,26	486	70,03	497	75,65	479	73,24	411	73,39	295	52,68	406	72,50
	1055	100	694	100	657	100	654	100	560	100	560	100	560	100
Summa dactyl.	1941	46,00	1093	39,37	1006	38,28	1053	40,25	968	43,21	1228	54,82	1023	45,67
Summa spond.	2279	54,00	1683	60,63	1622	61,72	1563	59,75	1272	56,79	1012	45,18	1217	54,33
	4220	100	2776	100	2628	100	2616	100	2240	100	2240	100	2240	100
Versus dact. .	249	23,60	103	14,84	90	13,70	109	16,66	109	19,46	200	35,71	105	18,75
Versus spond.	396	37,54	341	49,14	333	50,69	308	47,10	228	40,72	119	21,25	200	35,71
Versus aequi	410	38,86	250	36,02	234	35,61	237	36,24	223	39,82	241	43,04	255	45,54
	1055	100	694	100	657	100	654	100	560	100	560	100	560	100

Differt quidem Epitomes hexametrorum structura sive osteologia, ut Drobischii verbo utar, a Punicis, ita tamen, ut multo magis cum Vergilio congruat utrumque carmen quam cum Ovidio. Ut enim Ovidius dactylis, ita Silius in Punicis spondeis ceteros longe superat poetas, cum Vergilius et qui eum secuti sunt in miscendis dactylis et spondeis, velut Lucanus, Manilius, Silius in Epitome, alii medii sint inter eos, qui spondeos praeferunt, et illos, apud quos dactyli superant spondeos. Omnes fere hexametrorum formae Ovidianae discrepant non solum ab eis, quibus usus est Silius in Punicis, sed etiam a ceteris, quae tabellis supra propositis continentur (cf. sdss, dssd, ssds, ssss, ddsd, dsdd, dddd). Cum Punica propius accedant ad Aeneidem quam ad Metamorphoseon libros, Silius in Epitome accuratissime se applicavit ad Vergilium.

Addo Silium neque in Epitome neque in Punicis secundum aut tertium hexametri pedem verbo spondiaco vel dactylico formavisse. Idem spondiacum verbum in prima sede saepissime collocavit (cf. L. Mueller, De re metrica p. 210): in Epit. quadragies quinquies, vicies sexies in Pun. I. In pede quarto quadraginta Epitomes locis verbum spondiacum legitur, in Pun. I septendecim.

De hexametrorum clausulis.

Exeuntis hexametri leges religiosissime observavit Silius. Itaque spondeum in quinta hexametri sede in Epitome ne semel quidem, in Pun. sexies admisit, quinquies in nominibus propriis, semel in substantivo peregrino:

II 314. *Alpibus aequatum adtollens caput Apenninus*[1]).
IV 742. *Piniferum caelo miscens caput Apenninus.*
VIII 621. *Mille rates vidit Leandrius Hellespontus.*
IV 225. *Pomifera arva creant Anienicolae Catilli.*
VIII 430. *Perstrepit et tellus et Amazonius Thermodon.*
XV 773. *Turba ruit striduntque sagittiferi coryti.*

Tres igitur versus cadunt in vocabulum tetrasyllabum, totidem in trisyllabum, ita tamen, ut vox plurium syllabarum praecedat[2]), cum in ceteris hexametris praecedat bis verbum pyrrhichiacum, semel ionicus a maiori. Optimorum poetarum exemplum secutus quartum pedem explevit dactylo et caesura semiquinaria omnes versus (XV 773 *stridunt-que*) incidi voluit spondiacos. Denique verbo pyrrhichiaco efficitur hexametri pes quintus praecedente verbo anapaestico semel: 986 *Afflicti miserere patris, moveat tua Peleus*, praecedente verbo spondiaco in Epitome nusquam, cum vix credibile sit poetam in rebus metricis castigatissimum tantam licentiam sibi indulsisse, quantam legimus in Baehrensii editione 1031: *Crudelem nimium: nunc sis mitis semel oro*; ubi restituendam esse codicum lectionem *mitissimus, oro* L. Muellerus optimo iure contendit. Eadem de causa reicienda est Schenkelii coniectura ad vs. 939 *cum pes frustra studet ire.* In Epitome in ultima versus sede verbum polysyllabum praecedit monosyllabo nusquam, in Pun. non plus bis ultimae sedis normam migrat[3]) (XIII 862 *deum gens*, XVI 614 *agunt nos*).

---

[1]) Vocabulo *Apenninus* certatim poetae concluserunt hexametros (cf. d. r. m. p. 144), *Hellespontum* habes apud Catullum 64, 358, Ovid. Fast. IV 567, VI 341, Met. XIII 407, Cir. 413.

[2]) L. Muellerus d. r. m. p. 223.

[3]) Quadragies Vergilius, undecies Ovidius.

Rhythmicas quinti pedis leges, quas Vergilius centies vicies migravit, Ovidius octogies (quinquagies in Metam.), Silius in Pun. decies sexies ausus est laedere[1]). Quod poeta in Epitome terminavit versum polysyllabo (168 *Arcesilaus atrox Prothoenorque Cloniusque*), eo excusatur, quod ad exemplum Homeri versum formare voluit (B 495 Ἀρκεσίλαός τε Προθοήνωρ τε Κλόνιός τε). Semel Silius in Epitome in extremo hexametro verbo pentasyllabo usus est (750 *Iphidamanta*[2]), bis in Punicis (I 203 *aethereasque*, IV 160 *quadrupedantem*).

Ex legitimo[3]) clausularum numero a specie sexta prorsus abstinuit Silius, raro adhibuit quartam (Pun. undequinquagies, Ep. decies ter), etiam rarius tertiam (Pun. quadragies semel, Ep. ter). Usitatissima apud Silium clausulae species est prima (Pun. 6432 locis, Ep. 612), cum secunda (Pun. 4708 locis, Ep. 356) alterum obtineat locum, quinta (Pun. 880 locis, Ep. 68) tertium.

De caesuris.

Caesurarum longe usitatissima est in utroque Silii carmine caesura *semiquinaria*, qua in Ep. plus octingenties, in Pun. I. plus quingenties versus dividitur, cum quintam fere versuum partem sibi vindicet *semiseptenaria*. Ac primum quidem notandum est de senis hephthemimeres speciebus[4]) primam ac secundam ab Epitomatore eodem fere loco et numero haberi (etenim centies fere habet caesuram semiseptenariam consociatam cum semiquinaria ita, ut post quartam thesin finiatur sententia, centies octies semiseptenariam cum semiternaria et tertia trochaica coniunctam).

Paulo aliter res sese habet in Pun. I, ubi prima species fere quinquagies, secunda nonagies reperitur. Saepius caesurae semiseptenariae species secunda per binos vel plures versus continuata legitur, velut in Ep.: 20, 23, 25—26; 117—118; 164—165; 270, 273, 275; 293, 296, 299; 357—358; 382—383; 416—419; 991—993; 1064, 1067, 1069; in Pun. I: 2—3; 86—87; 162—163; 170—171; 199—200; 243—244; 246—247; 250, 253, 255; 353—354; 435, 437—439; 474—475; 480—482; 519—520; 564—565.

Ex ceteris semiseptenariae speciebus, quas multo artioribus circumscripsit Silius finibus, tertiam, ubi semiseptenaria cum semiternaria sine caesura tertia trochaica coniuncta est[5]), inveni his locis Epitomes undeviginti: 61, 108, 139, 208, 365, 490, 564, 655, 660, 708, 731, 775—778; 792, 826, 940, 984, 1049, Pun. I duodeviginti: 50, 61, 90, 144, 155, 169, 237, 259, 278, 310, 421, 457, 503, 515, 529, 597, 609, 655. Quartam caesurae de qua agitur speciem quinquies legi in Ep. (54, 363, 405, 475, 1059), ter in Pun. I (283, 428, 561); quintam in Ep. nusquam, in Pun. semel (XVII 128); sextam semel in Ep. 595, ter in Pun. I (417, 450, 511).

Incisionis denique *tertiae trochaicae* perpauca exempla in Ep. inveni, e quibus tria iniectis nominibus propriis excusatione non egent:

---

[1]) d. r. m. p. 221.

[2]) Cf. Hom. Il. Λ 57 Πουλυδάμαντα (in fine hex.).

[3]) Cf. L. Muellerus in Catulli editionis praef. p. LXVII.

[4]) d. r. m. p. 198.

[5]) Observavit L. Muellerus (d. r. m. p. 202) eam caesuram a Vergilio, Silio, Statio, aliis saepius haud dubie esse admissam quam ab Ovidio, Lucano, Epitomatore.

213. *Et clara | virtute || Polyxenus atque Diores*
240. *Amphius|que et Adrastus || et Asius atque Pylaeus*
445. *Inde premit | Polyidon || Abantaque cuspide forti*
789. *Penelei | dextra; inde || cadit | Priameia pubes.*

In Pun. I eiusmodi caesura ne semel quidem occurrit; at bis caesura semiseptenaria cum semiternaria et tertia trochaica ita consociata est, ut verbum compositum secet:

68. *Ac largo | sudore | virum in|venere futuras*
288. *Mox profugi | ducente | Noto ad|vertere coloni.*

Vocabulum monosyllabum Silius in Ep. nunquam ante caesuram legitimam collocavit nisi praecedente vel monosyllabo vel bisyllabo pyrrhichiaco exceptis his duobis locis: 969 *Respicit auxilia et nullam videt esse salutem,* 562 *inter se*[1]) (Pun. I 43, 151, 549, 554, 582).

Monosyllabum ante caesuram semiquinariam cum semiseptenaria coniunctam praecedente monosyllabo positum est octies in Ep. (322, 461, 610, 642*, 750, 932, 984, 1034), septies in Pun. I (63*, 77*, 83*, 158, 184*, 297*, 331*), praecedente bisyllabo pyrrhichiaco septies in Ep. (37, 152, 261, 660, 716, 822, 1037), bis in Pun. I (302, 395*).

Ante caesuram semiquinariam cum semiseptenaria non coniunctam collocatum deprehendi monosyllabum praecedente monosyllabo Ep. 259, 573, 629, Pun. I 260*, 306*, 323*, 441*, 459*, 570*, praecedente bisyllabo pyrrhichiaco Ep. 156 (conf. quae intra ad h. v. adnotavi), Pun. I 18*, 225*, 369, 521.

Vocabulum elisum ante caesuram collocatum inveni Ep. 156 (*atque*); Pun. I 68, 84, 93, 98, 288, 381, 508, praeterea *atque* quinquies elisum.

Post alteram pedis dactylici quinti syllabam semel in Ep. interpunctio posita est (641), cum 151 et 555 Baehrensium iniuria interpunxisse persuasum habeam. Semel in versu caesura hephthemimere inciso post thesin secundam levis interpunctio admissa est Ep. 789.

Denique post quartum dactylum orationem interpunxit Silius vicies semel in Ep. (10, 41, 121, 155, 311, 337, 407, 479, 491, 523, 599, 603, 611, 744, 745, 751, 774, 855, 976, 999, 1015), decies in Pun. I (58, 60, 91, 148, 231, 312, 370, 400, 536, 569).

De vocalibus media in voce inter se concurrentibus.

Ad illius hiatus, qui medio in verbo fit, asperitatem removendam primum usi sunt veteres poetae Latini contractione, qualis occurrit Ep. 48 *Deerat,* 368 ex Baehrensii coniectura *telum deerravit* (*telumq; erravit* libri), 896 *nec dis nec viribus aequis* (ita recte coniecit L. Muellerus, *sed enim non v. ae.* E, *et enim non* L, *sed non cum* ceteri), 833 *deprendit* (*deprehendit* L), bis in Muelleri editione legitur *vementem:* 288 (ubi codicum lectio *venientem* nihil habet offensionis), 434 (*vehementem* EFV, *vetuentem* MN, Baehrensius parum apte *metuentem*). *Mi* pro *mihi* in Epit. nusquam legitur, *mihi* his locis occurrit: 100, 161, 273, 325, 1037. Ac ne in Pun. quidem forma illa contracta legitur, cum Vergilius eam in Aeneide bis habeat, Ovidius in Metamorphoseon libris ter. Semel legitur in Ep. *nihil* (263, *nil* B); nusquam *nil.*

---

[1]) Non offendit horum duorum verborum coniunctio, quoniam tanquam in unius verbi corpus coeunt.

* In versibus asterisco notatis insunt voces, quae, cum per se duabus aut tribus syllabis constent, elisione monosyllaba aut bisyllaba fiunt.

Eo *synizeseos* genere, quo sonus tantum, non scriptura verbi mutatur et ad vitandum hiatum *i* vel *u* mutantur in consonam, prorsus abstinuit Silius in Ep., decies quater usus est in Pun. (vicies bis Vergilius, bis Ovidius).

Saepius usus est Silius in Ep. eo synizeseos genere, quo coniugatis *e* vel *u* cum *i* vocali diphthongi *ei* et *ui* oriuntur: *deinde* (151, 290, 457, 576), *dein* 845 (ita scripsit Baehr., L. Muell. et codd. rectius *in*), *cui* 228, 894. *Dehinc*, cuius vocis contracta forma aliquotiens usus est Vergilius, semel Ovidius[1]), apud Silium separatas habet vocales (in Ep. semel legitur 317). Restat, ut tertiae synizeseos speciei mentionem faciam, quae fit plerumque in syllabis finalibus nominum propriorum in lingua Graeca in -εύς exeuntium et substantivorum *alveus* et *balteus*. Cuius generis habes in Ep. duo exempla: 774 *Idomenei* (in tertia arsi), 630 *balteum*[2]) (in fine hexametri), septem in Pun.[3]) (Vicies semel tertio synizeseos genere usus est Vergilius, decies quater Ovidius.)

Dihaereseos exempla apud Silium frustra quaeras.

De elisione.

Extant in Epitome elisiones neque nimis multae neque nimis durae. Intra 1070 enim versus fere 245 elisiones admisit poeta; rarissime unus idemque versus plus quam una deturpatur elisione. Insunt binae elisiones in his versibus: 67, 85, 124, 149, 246, 254, 352, 355, 369, 473, 643, 664, 711, 736, 784, 796, 800, 863, 876, 947, 953, 1050, 1058, [622]. Maximus elisionum in eodem versu numerus efficitur elisionibus tribus in v. 245 *Hippothousque Acamasque ivere et Pirous una*, (codd. exhibent *venere* pro *ivere*, L. Mueller *Hippothous venere Acamasque et Pirous una;* conf. quae infra ad h. v. adnotavi).

In Pun.[4]) I deturpantur 37 versus binis, 3 ternis elisionibus, in IX 44 binis, tres (30, 35, 403) ternis, unus (244) quattuor elisionibus, in XVII 42 binis, duo ternis.

Breves vocales eliduntur in Ep. 176: 18 *-a*, ceterae *-e* (particula *-que* centies vicies semel elisa est, *-ve* semel), in *-m* exeuntes 45; longae in priore Epitomes parte (usque ad vs. 522) 7, in posteriore 18 (quinquies *-a*, sexies *-i*, undecies *-o*, ter *-ae* diphthongus, quae omnium plurimum habet offensionis[5]). In Pun. I eliduntur 165 vocales breves: 122 *-e*, 43 *-a* (*-que* 76, *-ve* 2, *-ne* 1), in IX 180: 125 *-e*, 54 *-a*, 1 *-o* (73 *-que*, 2 *-ve*, 1 *-ne*), in XVII 199: 132 *-e*, 67 *-a* (73 *-que*, 5 *-ne*, 2 *-ve*); eliduntur vocales succedente *-m* in Pun. I 75, in IX 80, in XVII 75; longae vocales in I 46 (2 *-e*, 3 *-u*, 5 *-a*, 7 *-i*, 7 *-ae*, 22 *-o*), in IX 52 (2 *-a*, 3 *-u*, 3 *-e*, 8 *-ae*, 10 *-i*, 26 *-o*), in XVII 60 (3 *-u*, 6 *-ae*, 7 *-e*, 8 *-a*, 12 *-i*, 24 *-o*). Raro eliditur finalis, quando praecedit vocalis (quinquies in Ep., sedecies in Pun. I, vicies quinquies in IX, ter decies in XVII); nunquam vocalis praecedens longa est.

---

[1]) d. r. m. p. 266.

[2]) Contra Pun. X 180 *baltĕŭs imo*.

[3]) d. r. m. p. 276.

[4]) Punicorum tres libros (I, IX, XVII) perlustravi. Ex his habet I versus 694, IX 657, XVII 654. In versibus citandis usus sum editione Rupertiana.

[5]) cf. d. r. m. p. 282 «*Vergilius in I volumine Aeneidos, quod habet versus DCCLVI, elisas adhibuit longas vocales LXXXV, medias LXXXXVII, breves CLXXIII; Ovidius metam. primo — constat hex. DCCLXXVIII — admisit productas VIII, medias XXIII, correptas CXXXIII*».

Voces in *-m* exeuntes praecedente brevi vocali eliduntur 4 in Ep., 5 in Pun. I, 7 IX, 5 XVII, longa vocali praecedente 2 in Ep. (254, 643), 1 IX (459), 1 XVII (429). *Monosyllaba* in Ep. bis elisionem patiuntur: 38 *Aut si qua, ut luerem* . . . (*admisi*), 294 (in thesi quarti pedis) *tum adversus uterque.* In Pun. I eliduntur monosyllaba his locis: 257 *cum exusta dehiscit*, 426 *se insperata* ⏑-⏑, 638 *Et quem insana*, 684 *qui exacta* ⏑-⏑, in Pun. IX: 111 *Non sim equidem*, 113 *si evadere* -⏑, 132 *iam unice* -⏑, 166 *Haec dum amens*, 215 *te ad proelia* -⏑, in Pun. XVII: 31 *quă inlaesi* (in arsi III pedis), 40 *me absolve* ⏑-⏑, 221 *Nullaque iam Hesperia*, 246 *Primus se adtollens*, 324 *te exstimulem* (in arsi III pedis), 351 *tu exercita* (in thesi III pedis).

Verba iambica itemque *cretica* veritus est elidere poeta in Ep., cum in tribus Pun. libris, quos perlegi, plures extent iambicae voces elisae[1]): I 40 *viro atque*, 288 *Noto advertere*, 450 *globo et*, 468 *ubi Aegaeo*, 651 *viri et*, IX 29 *iube aut*, 206 *dabo inter*, 216 *voco ex*, 548 *cano avertet*, 654 *dabo et*, XVII 40 *veni et*, 138 *fugae atque*, 251 *poli atque*, 254 *freto inposuere*, 264 *ubi illae*, 572 *ubi Ausoniae.*

Voces anapaesticas elisas inveni in Ep. 5 (124, 262, 828, 947, 1015), in Pun. I 5 (18, 190, 225, 620, 690), in Pun. IX 9 (84, 132, 156, 265, 324, 395, 415, 459, 647), in Pun. XVII 9 (42, 132, 175, 215, 307, 405, 455, 555, 594). *Dactylica* in *-m* exeuntia elisa (insequente correpta) nulla repperi nisi Pun. IX 379 *Limitem agit*, dactylica in *-a* exeuntia: Ep. 430[2]), 599[3]), Pun. I 96, 103, 130, 254, 485, 593, IX 72, 225, 255, 272, 432, 507, 627, XVII 58, 98, 140, 145, 147, 206, 243, 245, 252, 261, 327, 492, 528, dactylica in *-e* exeuntia: Ep. 101, 139, Pun. I 163, 377, 387, 431, IX 96, 326, 502, 528, 557, 595, XVII 75, 234, 276, 340, 407, 630. Dactylicorum elisio fit in primo hexametri pede: in Ep. semel, Pun. I et IX octies, Pun. XVII decies sexies; rarius in quinto versus pede vox dactylica eliditur: in Ep. ter, Pun. I bis, IX quinquies, XVII ter.

Pyrrhichiaca eliduntur in Ep. haec: 641 *neque ille* (in paenultima hex. sede), 870 *Luna cava et*, 454 *Iamque manum Aeneas.* Plura extant exempla in Pun.: I 355, 441, 638, IX 6, 473, 578, XVII 22, 201, 357, 376, 516, 601 (in *-m* exeuntia: Pun. I 68, 260, 262, 303, 417, 562, 659, IX 81, 104, 150, 440, XVII 501, 602).

Spondiaca elisa insequente vocali longa repperi 13 in Ep., 25 Pun. I, 22 IX, 29 XVII; insequente brevi: Ep. 587, 643, 733, Pun. IX 536, XVII 71.

Iam videamus, quibusnam in sedibus hexametri Silio magis placuerint syllabarum longarum elisiones, cum in ea quoque re certam normam secutos esse poetas constet. Ac primum quidem notandum est elisionem et in prima et in ultima hexametri syllaba Silio omnino displicere et in arsi saepius inveniri quam in thesi. Sed numeri ipsi sequantur. Coeunt igitur diphthongi aut longae vocales cum syllaba longa *in arsi secundi pedis:* decies ter in Ep., decies ter Pun. I,

---

[1]) Creticum habes IX 415 *Curio et.*

[2]) *Funera laetus* libri et L. Muellerus, *funera Atrides* Higtius et Baehrensius.

[3]) In editione Baehrensiana versus legitur: *Fumiferae nubes concrescunt, fulgura et ignes* (*Iactantur*), contra L. Muellerus (d. r. m. p. 291): «non habet recte quod est in codice Erfurtensi *concretaque fulmina et ignes*, sed secuti illud quod libri Leidensis et Burmannianus exhibere videntur *concreta fulguraque ignes* scribemus sive *concreti fulguraque ignis* seu *concreto fulguraque igne*». Conf. quae infra ad v. 599 adnotavi.

decies septies Pun. II, duodevicies Pun. XVII; *in arsi tertii pedis:* bis in Ep. (595, 642), decies quater Pun. I, decies ter Pun. IX, decies sexies Pun. XVII; *in arsi quarti pedis:* ter in Ep. (124, 262, 582), novies Pun. I, novies Pun. IX, decies Pun. XVII; *in arsi quinti pedis:* bis Pun. I (nusquam in Ep., Pun. IX et XVII); *in arsi sexti pedis:* semel Pun. XVII (nusquam in Ep., Pun. I et IX).

Diphthongos aut longas vocales elisit Silius sequente syllaba longa *in thesi primi pedis:* Pun. I 115, 268, 410, IX 534, XVII 85, 133, 232, 235, 651; *in thesi secundi pedis:* Pun. IX 28 (Ep. 841 scripsit Baehrensius *Hic Pelidae aures,* ita ut a codd. lectione recederet); *in thesi tertii pedis:* Pun. I 169, XVII 351; *in thesi quarti pedis:* bis in Ep. (556, 962), quinquies Pun. I, novies Pun. IX, septies Pun. XVII.

Eliditur longa vocalis aut diphthongus ante brevem priorem dactyli syllabam *in sede prima:* Ep. 587 *Ergo,* 643 *Ultro,* 733 *Praeda,* Pun. IX 536 *Immo,* 415 *Curio,* XVII 71 *Virgo; in sede secunda:* Pun. IX 223 *Massylae; in sede quarta:* Pun. XVII 233 *remeabo*[1]).

Qui elisionis exempla, quae ex utroque Silii carmine excerpsimus, diligenter consideraverit et inter se comparaverit, quam recte contenderit L. Muellerus differre inter sese in adhibenda elisione Epitomen et Punicorum libros, intelleget. Nec minus recte eundem L. Muellerum[2]) dixisse Epitomatorem Ovidio magis se applicavisse, Silium in Pun. Vergilio, ex eis, quae de Romanorum studiis metricis disserit, perspici potest. Placet haec probare exemplis maximam partem e L. Muelleri opere petitis.

Ac primum quidem ut Vergilius Ovidium, ita Punica superant Epitomen elisionum multitudine itemque multo maior est numerus elisorum monosyllaborum in Pun. et in Aen. quam in Ep. et Metam. Quod Epitomator voces iambicas elidere veritus est et elisionem spondiacae sequente syllaba brevi non admittit nisi in prima versus sede, exemplum sequitur Nasonis, qui in distichis eiusmodi elisionibus abstinuit[3]). Porro rarissime spondiacam in longa acuta elidi ab Ovidio (quater in Metam.) et ab Epitomatore semel (826) docet L. Muellerus[4]), multo saepius a Vergilio eiusque asseclis eam legem neglectam esse. Praeterea constat (d. r. m. p. 291) neque Ovidium neque Epitomatorem pyrrhichiaca aut dactylica in *-a* exeuntia praeter nomina propria iugavisse cum syllaba brevi nisi aut in prima versus sede aut sequente littera *a.* Ex eis, quae (d. r. m. p. 296) de elisione in ultima versus syllaba eveniente proponit L. Muellerus, dignum est, quod notetur, cum paene omnes poetae optimi qui dicuntur noluerint in hexametri sedem ultimam admittere elisionem, legi apud Vergilium (Aen. IX 57, 440) et Silium (Pun. IX 35) in exitu metri *atque huc, atque hinc, atque hunc.* Denique docuit L. Muellerus (d. r. m. p. 299) veritos esse in secunda thesi elidere longas, in tertia longas aut medias Ovidium et Epitomatorem, non Vergilium et Silium in Pun.

---

[1]) *In sede quinta* legis in editione Baehr. *remoramini Achivi,* nec tamen dubium est, quin reicienda sit ea Baehrensii coniectura.

[2]) d. r. m. p. 136.

[3]) Silius in Pun. vicies sexies cum brevi syllaba copulavit longam: decies octies in prima sede, quinquies in quarta, ter in secunda.

[4]) d. r. m. p. 289 sq.

De positione vocalis brevis in extremo vocabulo et de hiatu.

Syllabam brevem ante caesuram legitimam produxit Silius in Ep. his locis: 257 *Confusum terrore videt, o dedecus, inquit* (L. Muellerus *pro* pro *o*); 308 *Ad sociosque trahit; et ni caligine caeca* (ita scripsit Baehrensius, *quem ni* Kootenus, *quodni* L. Muellerus, *socios trahit et nisi* [*tum*] Wernsdorfius, *sociosq; nisi traeret* B, *socios tra(h)eretq; nisi* ceteri), 966 *Nec sufferre valet ultra sortemque supremam* (L. Muellerus *valet* [*iam*] *ultra*).

In Pun. Silius bis (quadragies Vergilius, decies Ovidius) syllabam finalem in consonam exeuntem extendit: III 405, IX 545.

Hiatu, quem quadragies admisit Vergilius, multo rarius Ovidius, quater Silius in Pun., prorsus abstinuit Epitomator, nisi forte agnoscendus est in versu 1050 *Et clipei galeaeque cavae Argivaque tela* (*cau≡eq;* F, *caveq;* V, *cav(a)e* EGL Lactantius, *cane* MN; ut hiatum evitaret, Baehrensius scripsit *ocreaeque*, quod minus placet).

Ex eis, quae de re metrica singillatim exposuimus, apparet Epitomen et Punica et consentire inter se in non paucis minutiis et dissentire fere in pluribus. Sane in illa legibus a Vergilio et Ovidio ad hexametri dactylici structuram perpoliendam excogitatis observatisve multo religiosius obtemperatum est quam in Punicis, in quibus maiores licentias sibi indulsisse videtur poeta. Nec tamen satis hae, quae inter Epitomes et Punicorum rem metricam intercedunt, differentiae valent ad eam, quam supra professi sumus, opinionem labefactandam, qua freti uni eidemque poetae Epitomen et Punica vindicare ausi sumus. Etenim differentiae illae et pauciores sunt numero et minus graves quam eae, quibus Silii Punica distant ab Ovidii carminibus, atque adeo multo minores quam illae, quae inter Silii Punica et Lucani Pharsaliam intercedunt, quippe quem poetam constet omnibus intentis viribus id appetivisse, ut levigatos Ovidii numeros dactylicos perpolitissimis superaret hexametris. Sane Epitome et Punica ita medium quodammodo tenent locum inter Vergilianam artem metricam et Ovidianam, ut Silius adulescens Epitomes dactylos propius abesse voluerit ab Ovidii elegantia, Silius senex Punica proxime accedere voluerit ad Aeneidis auctorem, quem tanquam deum venerabatur. Quod quam recte dixerim, cum aliis rebus demonstrari potest tum eis normis, quas in admittenda monosyllaborum vocabulorum elisione[1]) secutus est Silius. Constat autem varios poetas Latinos in elidendarum vocalium usu maximopere inter se differre. Nam cum in omnibus Ovidii quae aetatem tulerunt carminibus non plus 45 elidantur vocabula monosyllaba atque adeo in Lucani Pharsaliae hexametris 8050 non plus quattuor, in Vergilii Aeneidis versibus 9896 non minus 127 vocabula monosyllaba eliduntur[2]). Medium fere locum inter Ovidium et Vergilium tenent Valerius Flaccus, cuius in versibus centenis quadragenis ternis singula insunt monosyllaba elisione affecta, et Statius, cuius in Thebaide 121us quisque hexameter illam affectionem patitur. Pauciores monosyllaborum elisiones leguntur in Silii Punicis, quippe in quibus 179us quisque versus monosyllabo vocabulo eliso insignis sit, et duas huius modi elisiones habes in 1070 ex quibus Epitome constat hexa-

[1]) Cfr. Iul. Schulz, Beiträge zur lat. Metrik. I, Gedanii 1872.

[2]) In eiusdem poetae Georgicis 21 vocabula monosyllaba eliduntur in 2188 versibus.

metris. Atque in ceteris quoque linguae proprietatibus plurimis hunc medium inter Vergilium et Ovidium locum obtinet Silius, nisi quod spondeorum copia Vergilium adeo superat. Quodsi quis miretur Epitomen, adulescentis carmen, limatioribus numeris excellere quam Punica a sene composita, si quidem aetate minorum poetarum Romanorum carmina soleant minorem rei metricae curam redolere quam aetate provectiorum, et Statii usus exemplo, cuius Thebais minus levigatis versibus insignis sit quam eiusdem Achilleis, dubitationem moveat, num recte Epitomen Silio adulescenti tribuerim: is velim consideret et multo minorem Epitomes esse ambitum quam Punicorum et Epitomes materiam fere totam ex peregrini poetae Iliade haustam esse atque adeo dictionem poeticam maximam partem ex Vergilii et Ovidii carminibus depromptam esse, itaque meritum eius, qui Epitomen composuerit, constare fere non potuisse nisi in perpolienda carminis forma, quam eo elegantiorem esse voluerint Romani, quo brevius esset poema. Adde, quod poeta adulescens recenti sine dubio memoria tenebat regulas illas atque leges in versibus pangendis observandas, quas in scholis commendaverant ei quibus utebatur magistri praeceptoresque. Nec secus Culex, quod carmen Vergilio adulescenti multi sunt qui adscribant, in 413 quibus constat hexametris ne semel quidem monosyllabon vocabulum elisum admisit, atque Panegyricus in Pisonem intra duarum elisionum numerum omnino licentiam coercuisse videtur; item Caesaris Germanici Aratea, quae ad Domitianum adulescentem referenda esse probabilis est coniectura, in 973 hexametris non plus tribus vocabulis monosyllabis elisis insignia sunt.

Contra in Punicis Silius multo audacius suo Marte et materiam elegit conformavitque, quamquam a Livii scriptis historicis profectus est, et multo confidentius sui ingenii impetui obsecutus est in tota describendi enarrandique arte. Hoc sane constat, materiam in Punicis multo attentius curatam esse a Silio quam orationis formam; quam si aeque magna sollicitudine curasset, fieri non poterat, quin in extremis Punicorum libris elegantiores componeret versus quam ei sunt qui in his hodie leguntur; in extremis autem libris numerum spondeorum et elisionum maiorem potius esse quam minorem constat, si cum primis Punicorum libris contuleris. Contrariam inter priores et posteriores libros intercedere rationem in Lucani Pharsalia consentaneum est, qui cum sensim pedetemptimque ad summam in hexametris pangendis elegantiam progredi eniteretur, tria vocabula monosyllaba elidi passus est in tribus Pharsaliae libris primis, in ceteris libris unam tantummodo huiusmodi elisionem sibi indulsit (in libro nono). Denique ne id quidem neglegendum est ad maiorem, qua Punica insignia sunt, si cum Epitome comparaveris, licentiam excusandam: quod Punica inter longissima carmina Romanorum epica numeranda sunt atque maioribus carminum spatiis maiores neglegentiae solent respondere.

Postremo loco hoc moneo: haud deesse in litterarum Romanarum historia exempla, quibus comprobetur unius eiusdemque poetae artem metricam non aequabilem fuisse per omnia carmina, sed complurium poetarum versus posteriore tempore compositos laxioribus legibus oboedire quam priore tempore scriptos. Mittam Propertium, Tibullum[1]), Ovidium (Tristia et Epistulas ex Ponto); Vergilii utor exemplo, cuius Aeneidem ab elegantissima Georgicon arte aliquantum recessisse constat, quamquam Aeneis ultimam Vergilii limam experta non est. Quodsi hariolari licet, illam quoque causam ad minorem Punicorum rei metricae elegantiam explicandam proferri posse conicio,

---

[1]) Cfr. F. Hankel in Ritschelii Actis vol. V p. 47 sqq.

quod multo maius temporis spatium inter Epitomen et Punica condita intercessit quam inter Aeneidem et Georgica, et quod Silius per illud temporis spatium publicis negotiis gerendis deditus a Musarum studio procul aberat.

DE GENERE DICENDI.

Verum quidquid auctoritatis his rei metricae differentiis tribueris, multo maius earum est causarum pondus, quibus commotus Epitomen et Punica eidem adscripsi poetae. Quas ut augerem causas, denuo Silii Punica his ultimis mensibus ita lectitavi et cum Epitome contuli, ut locutionis consensum cum in aliis hexametri sedibus tum in initiis et clausulis potissimum respicerem. Nonnulla ex eis, quae huc pertinent, olim in programmate protuli, plura atque graviora in eis, quae sequuntur, exponam.

Ceterum hoc praemoneo, me non eo contentum fuisse, ut sollemnes, quae in Epitome occurrunt, locutiones et phrases cum eis, quae in Punicis leguntur, conferrem, sed simul respexi Lucretium, Horatium, Vergilii carmina et genuina et subditicia, Ovidium, nec non ex eis poetis, qui Silii aequales fuerunt, Lucanum, Valerium Flaccum, Statium, Martialem[1]). Id autem feci duabus potissimum ductus rationibus. Primum enim constat quidem poetas Romanos locutiones ab aliis poetis usurpatas repetere minime veritos esse, immo studio quodam, quae alii ante ipsos apte carminibus expressissent, ad verbum suis intexuisse carminibus, sive ut, quanti poetam illum aestimarent, testarentur, sive ut doctrinae copiam lectitatis multis poetis acquisitam ostentarent, sive ut ingenii sui artisque suae paupertatem alienis adscitis obvelarent. Tamen pauca a recentioribus philologis collecta praesto sunt eiusmodi similitudinum exempla, quibus satis perspicias, quae ratio inter diversorum poetarum loquendi genera intercesserit. Egregie autem de hac litterarum parte meruit Antonius Zingerle. Iuvat vero cognoscere, quantopere certae loquendi formulae, quae multorum in deliciis erant, et maxime versuum clausulae apud plerosque poetarum cum aliorum tum epicorum aut integrae aut plus minus variatae redeant. Nam si eiusmodi phrases, quae apud plurimos poetas aut eaedem aut similes in isdem versuum sedibus occurrunt, attente perlustraveris, simul singulos tanquam in opificina sua poetas deprehenderis; sane quis artificiosius, quis minus sollerter versus pangere et limare atque dictionem poeticam ab aliis poetis acceptam in suum usum vertere sciverit, hoc modo facile cognosces, et ad emendandum interpretandumque non paucorum poetarum contextum certum recuperabis fundamentum et adiumentum. Cum hae, quas modo dixi, causae me commoverunt, tum benigna illa verba, quibus L. Muellerus (in «Berliner Philol. Wochenschrift» 1885, Nr. XIV pp. 423—426) ea probavit, quae in programmate Argentoratensi de Homero qui dicitur Latino conscripto de aequabili Epitomes et Punicorum genere dicendi protuleram, nec non Guil. Studemundi, olim praeceptoris mei, nunc amici, auctoritas me inpulerunt, ut etiam eos quos supra dixi poetas in censum vocarem et cum Silio conferrem eoque modo aliquantulum contribuerem ad poeseos epicae Romanae historiam locupletandam.

Praeter cetera autem id agebam in congerendis digerendisque ceterorum poetarum locis Silianae orationi similibus, ut nova indagarem argumenta, quibus demonstraretur ab eodem poeta

---

[1]) Raro aliorum quoque poetarum usum loquendi cum Silio comparandum esse censui.

et Epitomen et Punica esse composita. Quam ad quaestionem promovendam cur aliorum quoque atque inprimis aequalium poetarum carmina consultaverim, facile est intellectu. Hoc enim experiri volebam, utrum aeque magnus (vel adeo maior) numerus locutionum similiter pariterve fictarum in illis simul poetis et in Epitome inesset atque in Epitome simul et in Punicis. Ex longinquo quod in his quaestionibus posui studio hoc erui: non deesse quidem locos similiter pariterve in illis poetis et in Epitome formatos, attamen etiamsi omnes eiusmodi versus, quotquot apud Lucanum, Valerium Flaccum, Statium occurrunt, uno comprehenderis numero, hunc numerum multo minorem esse eo, quem ita effeceris, ut omnia ea computes exempla, quae comparatis inter se Punicis et Epitome memorabilem sollemnium locutionum consensum exhibent. Quod si quis casui attribui posse arbitretur, is vereor ne a vero longe aberraverit, cum praesertim aliis argumentis multis comprobetur Epitomen ab eodem poeta conditam esse atque Punica. Nec tamen contenderim eos locos, quos tanquam congruentis in Epitome et in Punicis dictionis testes in eis quae sequuntur paginis coacervavi, ad unum omnes ita explicandos esse, quasi poeta, cum Punica scriberet, vel consulto vel invitus memoria delatus sit ad ea, quae olim, cum Epitomen conderet, conscripserat; immo libenter confiteor mihi non pauca ex eis quae congessi exemplis minoris videri momenti esse ad eam de qua agitur quaestionem promovendam; nec minus alia non apud unum Silium, sed apud alios quoque, qui saeculo p. Chr. n. primo vixerunt, poetas epicos pariter pronuntiata leguntur; alia denique ideo concinere videntur in Epitome et in Punicis, quia utrumque epos nimia Vergilii imitatione insigne est. Verum ipsa haec utriusque poematis condicio redolere videtur unum poetam Vergiliano et Ovidiano[1]) studio paene servili modo addictum. Praeter Vergilium et Ovidium ab Epitomes auctore alios quoque poetas exscriptos esse certis indiciis demonstrari non potest; nam parum certa sunt illa vestigia, ex quibus Horatium, Culicis auctorem, Aetnae auctorem ab Epitomatore dedita opera lectitatos esse conicere possis. Quamquam Punicorum dictio parum adhuc ab hominibus doctis examinata est neque satis certo de eis, quos in Punicis Silius expresserit, poetis constat; tamen non tantum Vergilium, sed etiam Ovidium multis locis in Punicis imitando expressos esse consentaneum est. Hanc autem, qua de Punicorum dictionis auctoribus videndum est, quaestionem, si per officii mei onera licebit, olim accuratius tractabo.

Quod supra dixi Epitomes consentire genus dicendi cum Punicorum oratione, id cave ita intellegas, quasi hexametri integri dimidiative idem sint in Epitome atque in Punicis. Nam cum aetate provectus esset Silius, quo tempore ad Punica scribenda accedebat, sane recoquere noluit, quae olim iuvenili calamo exciderant. Ea igitur, quae in Epitome et in Punicis consentiunt, potius certis quibusdam orationis poeticae luminibus et singulis locutionibus constant in eadem potissimum versus sede redeuntium, quippe quarum numeri quodammodo in Silii memoria resonuisse atque adeo invito poetae sese obtrusisse videantur.

Sed iam tempus est ipsorum quae significavi exemplorum conspectum promere, quae pro se ipsa disertius locutura esse confido.

---

[1]) Permulta ex Ovidio hausisse Epitomes auctorem ex locis a me infra congestis apparebit, cuius poetae nullum librum aeque saepe expilasse videtur Epitomator atque Metamorphoseon Ovidianarum librum XIII, quo contentio Ulixis et Aiacis de armis Achillis et praecipuae res bello Troiano gestae summatim exponuntur.

1. *Iram pande mihi Pelidae, diva, superbi,*[1])

Eodem verbo, quo Silius Musam appellat, ut sibi canenti adspiret, Valerius Flaccus eadem in re utitur III 15 sq. Tu mihi nunc causas infandaque proelia, Clio, Pande virum. (Cf. Met. XV 622, Aen. VII 641.) *Pandendi* verbum, quod Silius in Pun. eodem fere sensu plus sedecies (III 11, 630, VI 206, X 503, XI 315, XII 87, 510, XVII 171 etc.) usurpavit, in Ep. praeter hunc versum his duobus locis legitur: 831 *Mentitos vultus simulati pandit Achillis,* 132 *remque omnibus* ***ordine pandit*** (Aen. III 179 remque ***ordine pando,*** VI 723 atque ordine singula pandit.[2]) Simili modo utitur Silius *expediendi* verbo: Ep. 726 sq. *Consilium Priami remque omnem ex*[3]) ***ordine gentis***[4]) *Expediam Phrygiae*, Pun. XI 1 sqq. *Nunc age, quos clades insignis Iapyge campo Verterit ad Libyam populos Sarranaque castra, Expediam.*

2 sq. *Tristia quae miseris iniecit funera Grais*
Atque animas fortes heroum tradidit orco,

Plaut. Amph. 190 Quod multa Thebano poplo acerba obiecit funera (cf. Aen. XII 629 Et nos saeva manu mittamus funera Teucris, Arg. III 681 dare funera Colchis). Aliter constructum habes verbum *iniciendi* Theb. XI 594 sq. patremque recentibus, oro, Inice funeribus. — Aen. IX 785 iuvenum primos tot miserit orco? IX 527 quem quisque virum demiserit orco, II 398 multos Danaum demittimus orco.

4 sq. *Latrantumque* (cf. progr. p. 4) *dedit rostris volucrumque trahendos*
Illorum exsangues[5]) *inhumatis* ***ossibus artus.***[6])

Ibis 167 sq. Unguibus et rostro tardus trahet ilia vultur Et scindent avidi perfida corda canes. Her. X 123 Ossa superstabunt volucres inhumata marinae (Sen. Troad. 894 sq. ossa . . . iacent Inhumata campis, cf. Aen. XI 22, Phars. VII 820). Ceterum comparentur Ep. 992 sq. *Te vero tristesque ferae* ***cunctaeque volucres*** [Aen. XII 251 ***c. v.***; cf. Georg. III 243, Aen. IV 525 pecudes pictaeque volucres] *Diripient, avidosque canes tua viscera pascent.* Her. XI 118 Diripiunt

---

* In poetarum carminibus citandis his notis utar: Aen. = Aeneis, Georg. = Georgicon libri, Ecl. = Eclogae Vergilii; Met. = Metamorph., Am. = Amores, A. A. = Ars amatoria, R. A. = Remedia amoris, Her. = Heroides, Fast. = Fasti, Trist. = Tristia, Hal. = Halieutica, ex P. = ex Ponto libri, Ib. = Ibis Ovidii; Phars. = Lucani Pharsalia; Arg. = Valerii Flacci Argonautica; Theb. = Thebais, Ach. = Achilleis, Silv. = Silvae Statii; Pun. = Punicorum libri, Ep. = Epitome. Progr. = progr. Lycei Argent. a. 1884 ed. Reliquae notae quid significent, facile apparebit.

** Uncis inclusi ea versuum principia et hexametrorum clausulas, quae isdem vel similibus verbis formantur.

[1]) Eodem epitheto, quo hoc loco Achillem, Silius ornavit Hectorem 673 sq. *superbi Hectoris,* cf. 421 *germani* ***caede superbum*** [Theb. IX 683]; Pun. XIV 94 sq. *proavique superbum Aeacidae genus,* V 573 sq. *superbus* (in fine hex.) . . . *Poenum ductor.*

[2]) Cf. Pun. VI 206 *ductori singula pando.*

[3]) Praefero hanc cod. E lectionem ceterorum codd. lectionibus (*vobis priami totam remq;* L, *priami vobis remq;* B M N, *priami regis remq;* F G V) et Baehrensii coniecturae *Priami totam remque,* cum *que* secundo loco in Ep. nusquam legatur et paene omnes versus, quibus Dolonis oratio continetur, allitteratione sint ornati (cf. vss. 716—727). Si quem offenderit dura elisio, quae fit in duabus insequentibus vocibus, legat *resque omnes ordine gentis.*

[4]) Cf. Georg. IV 4 sq. Magnanimosque duces totiusque ***ordine gentis*** [Aen. VIII 722 ***o. gentes***] Mores et studia et populos et proelia dicam, Met. XIV 473 referens tristes ex ordine casus (Ep. 161 *quid enim non ordine nostis?*)

[5]) Cf. Arg. III 263, 310 exsangues . . . artus (Ep. 998 *exsanguia membra,* 1044 *corpusque exsangue*).

[6]) Phars. III 656 obtritis ***ossibus artus.***

avidae viscera nostra ferae, Ibis 192 Hic inconsumpto viscere pascet avem, Phars. IV 809 sq. Libycas en nobile corpus Pascit aves, Sen. Troad. 575 sq. inmanis ferae Morsu peremptus pascis Idaeas aves, Phars. IX 141 sq. corpus Phariaene canes avidaeque volucres Distulerint, Aen. X 559 Alitibus linquere feris (Pun. IV 309 *fugere* ***ferae,*** *fugere* ***volucres***).

7 sqq. *Versarant*[1]) *ex quo discordi* ***pectore pugnas***
Sceptriger (cf. progr. p. 4 et 30) *Atrides et bello* ***clarus Achilles***[2]).
Quis deus *hos ira tristi*[3]) ***contendere iussit?*** [Aen. V 834]

Aen. IX 77 sq. ***Quis deus,*** o Musae, tam saeva incendia Teucris Avertit?, Georg. IV 315 ***Quis deus*** hanc, Musae, etc., Pun. V 420 ***Quis deus,*** *o Musae,* Aviti poem. V 620; cf. Ep. 327 *Quis tibi cum saevo*[4]) *contendere suasit Atrida?* (Theb. VII 649 sq. Quis tibi . . . relinquere . . . Suasit? Aen. X 9 sq. quis metus aut hos Aut hos arma sequi ferrumque lacessere suasit?, Aen. XI 253, Trist. V 1, 69).

10. *Latonae et magni proles Iovis.*

Non recte habet cod. B *proles magni*; cf. Arg. III 667 — ◡ ◡ — magni proles Iovis, Culex 11 Latonae magnique Iovis decus. Heyne et edit. Basil. (saec. XV) decus Iovis.

12. *Inplicuitque gravi Danaorum corpora morbo.*

Wernsdorfius ineleganter dictum esse contendit *inplicuit morbo,* cum praesertim v. 13 sq. recurrat *sollemni* ***tempora vitta***[5]) *Inplicitus.* In cod. B scriptum est *Implevitq;* neque tamen est, cur optimorum librorum lectionem reiciamus, cum saepissime in Ep. eadem vox perpaucorum versuum spatio intermisso repetatur (cf. progr. p. 46) et *inplicare morbo* fulciatur testimonio Lucretii (VI 1232 Inplicitum morbo) et Caesaris bell. civ. III 18, 1 graviore morbo inplicitus).

14. *raptae flevit solacia natae.*

Assentior Schradero, qui, cum *raptae* melius referri arbitraretur ad *solacia,* proposuit emendationem *natae flevit solacia rapta*; cf. Ecl. IX 17 sq. heu, tua nobis Paene simul tecum solacia rapta, Menalca? (Baehr. adnotavit *rapta heu fl. s. n.*)

15 sq. *Invisosque dies invisaque* ***tempora noctis***
Egit et assiduis[6]) *inplevit*[7]) *questibus auras.*

---

[1]) Cf. progr. p. 5. [Phars. VII 765 versant in ***pectore pugnam,*** Aen. IV 673 ***pectora pugnis***].

[2]) Ep. 50 ***clarus Achilles*** [Ach. I 564], 860, 995 ***magnus Achilles*** [A. A. II 711, Am. I 9, 33], 988 *durus Achilles.*

[3]) Horat. Carm. I 16, 9, Theb. XII 574 tristes irae (Pun. XI 540 sq. *tristis terror*).

[4]) Cf. Ep. 415 *saevi Tydidae,* 640 *s. Atridae,* 957 *s. Achilles* (Pun. II 478 *s. novercae* i. e. Iunonis, Aen. I 4 s. Iunonis, Pun. XI 44 *s. Patres,* Culex 308 saevi ducis Hectoris ira).

[5]) Eundem versus exitum inveni his locis: Pun. XVI 241, Aen. VI 665, X 538, Met. V 110, XIII 643, Fast. III 481, ex P. III 2, 75, Arg. I 278, Theb. III 467, Ach. I 11, 611, Incerti carm. buc. (Baehr. P. L. M. III p. 62) I 46, Orest. trag. 72.

[6]) Cf. Arg. II 364 Invocat assiduo . . . sidera questu (I 49 sq., Met. II 486).

[7]) Frequentissima sunt exempla, quae cum ea quae maiorem huius versus obtinet elocutione possint comparari: velut Pun. I 222, III 294, 680, IV 692, Georg. IV 515, Aen. IX 480, Arg. II 167, VI 726, VIII 143, Theb. III 51 (cf. Ep. 594 *vastis inpletur vocibus aether,* 600 *magnoque inplentur murmure silvae,* 662 *Doricaque ingenti conplentur* ***castra tumultu*** [Theb. VII 608]).

Aen. IV 631 Invisam . . . abrumpere lucem, XI 177 Quod vitam moror invisam. Elocutione *tempus* (vel *tempora*) *noctis* saepius circumscribitur a poetis substantivum *nox*: Met. XI 306, Am. I 6, 24 Tempora noctis eunt, II 10, 27 consumpto ***tempore noctis*** [Arg. V 231, Phars. VI 120, Theb. II 171, X 326, Dracont. VI 118; Ep. 865 *dimensaque* ***tempora noctis***]. Rarius substantivum *nox* circumscribitur, ubi ei vox *dies* opposita vel cum eo coniuncta est: Pun. IV 811 noctemque diemque, Manil. Astr. IV 772 coeunt quo noxque diesque; cf. tamen Manil. Astr. III 481 sq. diem brumae nox aequat, ***tempora noctis*** Longa dies (cf. Met. XIV 423 sq., R. A. 585).

17 sq. *Postquam nulla dies animum maerore levabat*
Nullaque lenibant patrios solacia fletus,

Pun. VIII 118 *Quis aegram mentem et trepidantia corda levaret*, Lucr. II 365 Derivare queunt animum curaque levare, Met. V 500 curaque levata, Pun. III 131 sq. *lenire metus properans aegramque levare Adtonitis mentem curis* (cf. Pun. VI 117, XVII 471, Aen. IV, 528, Met. XIII 317). Ciris 181 Atque ubi nulla malis reperit solacia tantis.

19. *genibusque affusus Atridae*, 1027 *Affusus genibus* (Flor. IV 2, 56 Cleopatra affusa genibus Caesaris, cf. Met. VIII 540, IX 607, Theb. III 686), 87 *genibus regis sparsis affusa capillis* (Met. VIII 107 sparsis furibunda capillis, Theb. IV 378 sparsis . . . canistris (Barthius legit *capillis*), Iustin. Hist. XXIV 3, 9 scissa veste et crinibus sparsis, cf. Phars. X 84 laceros dispersa capillos).

20 sq. *Per superos regnique decus*[1]) *miserabilis orat,*
Ut sibi causa suae reddatur nata salutis:

Met. VI 499 sqq. (Pandion de filia sua) Per superos oro . . . Et mihi sollicitae lenimen dulce senectae Quam primum . . . remittas (Met. XIII 558 Per superos iuro). Ciris 314 o sola meae vivendi causa senectae (cf. Her. X 143, Trist. III 9, 24, Sen. Oct. 11).

22 sq. *Dona simul praefert. vincuntur fletibus eius*[2])
Myrmidones reddique patri Chryseida censent.[3])

Catull. 64, 34 Dona ferunt prae se, Aen. XI 249 Munera praeferimus. — Aen. V 385 sq. cuncti simul ore fremebant (cf. Ep. 62 ***Confremuere omnes***[4]) Dardanidae reddique viro promissa iubebant.

25 sq. *ferus ossibus imis*
Haeret amor spernitque preces ***damnosa libido.***[5])

---

[1]) Isdem vocibus Silius in Pun. *sceptrum* significat: XVI 240 sq. ***regnique*** *insigne vetusti Gestat laeva* ***decus***; R. A. 783 sq. iurat Per sceptrum.

[2]) In fine hexametri *eius* non inveni nisi novies apud Lucr. (III 328, 734, IV 260, 356, 372, 960, VI 421, 694, 916) et semel apud Manil. (II 748 viribus eius). Eodem versus loco legitur *huius:* Met. I 289, IX 585, XIII 19, 89, Culex 325, Theb. III 83, VI 379, 906, *cuius:* Met. X 327.

[3]) Cf. Ep. 56 *Reddamusque pio castam Chryseida patri,* 64 *Intactamque pio reddit Chryseida patri* (693 *intacta suo Briseis corpore,* R. A. 783 nunquam tactam Briseida).

[4]) Met. I 199 ***Confremuere omnes,*** cf. Aen. II 1 Conticuere omnes.

[5]) Hor. Epist. II 1, 107 ***damnosa libido*** (Hor. Epist. I 18, 21 d. Venus, ex P. I 10, 33 Veneris d. voluptas); cf. Pun. VII 215, Claud. de laude Stil. II 139 prava libido, carm. in Pison. 220 saeva libido, Hor. Epist. I 1, 85, Auson. Epigr. 67, 2 vitiosa libido, Aviti poem. VI 374 foeda libido.

Her. IV 70 Acer in extremis ossibus haesit amor, Met. III 395 Sed tamen haeret amor, Pun. XV 269 *sponsae defixus in ossibus ardor* (cf. Aen. IX 66, I 660, Met. II 410, III 71).

27. *repetit Phoebeia*[1]) ***templa sacerdos*** [Aen. VI 41, Tib. II 5, 1, Phars. V 145].

28 sq. *Squalidaque infestis maerens secat* ***unguibus ora***[2])
Dilaceratque[3]) *comas annosaque*[4]) ***pectora plangit.***

Trist. IV 2, 34 Squalida demissis qui tegat ora comis, Am. III 9, 10 Pectoraque infesta tundat aperta manu, Theb. VI 624 sq. Pectora nunc maerens nunc ora indigna cruento Ungue secat meritamque comam, cf. Her. V 72. — Ep. 1052 sq. *manibusque decoros Corrumpunt*[3]) *crines* ***laniataque pectora plangunt*** [Met. VI 248 ***l. p. plangens,*** XIII 491 consuetaque ***p. pl.***] Ep. 1057 sq. *laniato corpore coniunx Provolat* (malim *pectore* cf. Met. XIII 493 laniato pectore dixit, Claud. de raptu Pros. III 405 sq. laniato pectore . . . profatur).

30, 849 *Mox ubi depositi gemitus lacrimaeque quierunt,* (Nemes. Ecl. I 46 Nec minus hinc nobis gemitus lacrimaeque fuere).

31. *Fatidici sacras conpellat vocibus aras:*

Substantivi vices rarissime agit *fatidicus* (Sen. Oed. 1064, fatidice, te . . . conpello), saepius adiectivi: Pun. I 414, II 67, III 11, 680, XIII 412, XV 672, Met. I 321, III 348, Fast. II 262, V 626, Theb. IV 187, VIII 208. — Met. XIV 839 Hersiliam iussis conpellat vocibus Iris, cf. Enn. Ann. 37, Aen. IV 304, VI 499, Ep. 59 *Thestoriden primum dictis conpellat amaris* (Aen. II 372, X 591, Theb. II 660, Pun. III 171 dictis (monitis) — — ⏑ amaris), Met. VIII 787, XII 580, Phars. X 175, Arg. II 591, Append. ad Sedul. carm. III 34.

32 sqq. *Quid coluisse mihi tua numina, Delphice, prodest*
Aut castam vitam multos[5]) ***duxisse per annos?***
Quidve iuvat sacros posuisse ***altaribus ignes,***[6])

Epicedion Drusi 41 sqq. Quid tibi nunc mores prosunt actumque pudice Omne aevum et tanto tam placuisse viro? Quidque . . . (cfr. Tib. I 8, 9 et Claud. In Ruf. II 266 sq. et Huebneri observ. in Ep. Dr. [Hermae XIII p. 168 sq.]). — Pun. XIII 126 sq. *felixque senectam Mille indefessos viridem* ***duxisse per annos.***

---

[1]) Silius in Pun. breviorem formam *Phoebeus* praetulit: III 411, V 78, X 111, XIII 412.

[2]) Cf. Ep. 845 ***Unguibus ora*** *secat* [Aen. IV 673, XII 871 ***Unguibus ora*** soror foedans et pectora pugnis], 1017 *saevisque arat* ***unguibus ora*** [Aen. XI 86 Pectora nunc foedans pugnis, nunc ***unguibus ora,*** Met. XII 558 laniaverat ***u. o.***].

[3]) Cf. Aen. XII 870, Met. II 350, X 722 sq., XI 726, Her. III 15, Am. III 9, 52.

[4]) Cf. Aen. VI 282 annosaque bracchia pandit (Ep. 877 *annosaque ura,* 381 L. Muellerus rectius scripsit *animosaque pectora* pro *annosaque p.,* quod Baehrensius in textum recepit.

[5]) *multos vitam* praebent B E et ed. Baehrensiana, *vitam multos* ceteri codices et L. Muellerus. Hunc secutus sum, quia eadem terminatio (*-os*) in fine trium hemistichiorum insequentium rediens mihi minus placet quam syllaba *-am* in duobus insequentibus vocabulis repetita, cf. Aen. I 569 Hesperiam magnam, Ep. 1011 ***Caestibus adversos*** *cunctos superavit Epeos* [Arg. I 390]; Georg. II 208, Phars. I 28, 668, V 69 multos ⏑ ⏑ — ⏑ per (in) annos.

[6]) [ex P. III 1, 161, Theb. I 512, 556, Silv. IV 8, 37, Aviti poem. IV 594].

36. *En haec desertae*[1]) *redduntur dona senectae?* cf. 103 *Haec tu dona refers nobis? sic diligor a te?*[2]), Met. V 14 sq. meritisne haec gratia tantis Redditur?, Arg. VII 417 sq. Hascine nunc grates, haec expectata laborum Dona dari decuit?, Aen. I 253 Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?, Met. II 285 sq. Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem Officiique refers?, cf. Cul. 225, Epist. Did. ad Aen. 4, 26, Sen. Thyest. 1024 sq.

38 sqq. *Aut si qua, ut luerem sub acerbo* ***crimine poenam*** [Arg. IV 430, Dracont. X 417, Sedul. Hymn. I 33]

Inscius admisi, cur o tua dextera cessat?
Posce sacros arcus, in me tua dirige tela:
Auctor mortis erit [Sedul. Pasch. carm. V 150] *certe deus. ecce merentem*
Fige patrem: cur nata luit peccata parentis
Atque hostis duri patitur[3]) ***miseranda cubile***[4])*?*

Met. II 279 sqq. Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant, Summe deum? liceat periturae viribus ignis Igne perire tuo cladem que auctore levare, (III 338), Sen. Oct. 247 In tam nocentem dextra cur cessat tua?, cfr. Aen. V 691 sq., Theb. I 651 sq. Quid meruere Argi? me, me, divum optime, solum Obiecisse caput fatis praestabit, 658 sq. Proinde move pharetras arcusque intende sonoros Insignemque animam leto demitte, Sen. Phaedr. 682 sq. me fige . . . sum nocens, merui mori.

45. *Luctibus infestat Danaos* (Pun. II 277 *Ductorem infestans odiis*, IV 624 *infestat caedibus hostem*).

46. *vulgus ruit undique Graium* (Pun. XI 133 *ruit undique vulgus*, Sen. Oed. 53 omnis aetas pariter et sexus ruit).

47 sq. *Vixque rogis superest tellus, vix ignibus arbor,*
Deerat ager tumulis.

Met. VII 613 Nec locus in tumulos nec sufficit arbor in ignes, Sen. Oed. 68 Deest terra tumulis, iam rogos silvae negant, Met. III 237, Aen. X 378 (Liv. XXII 6, 6), Theb. VIII 413.

50 sq. *Cum* ***Danaum proceres*** [Aen. VI 489 *At* ***D. pr.***] *in coetum . . . Convocat* (Aen. V 43 sq. socios in coetum . . . Advocat), Ep. 131 sq. *Convocat attonitus*[5]) *visis* (*visis* E M N, *iussis* ceteri) . . . *In coetum proceres*, 651 *Convocat in coetum superos Iovis*, 636 *In coetum venere.*

53. ***finemque malorum*** (*laborum* L) [Arg. IV 581 ***f. m.*** Expete; Phars. II 317 finemque laborum (nonnulli codd. *malorum*)] Invenit.

54. (Calchas) ***ope tutus Achillis*** [R. A. 473 Calchas, ***ope tutus Achillis***].

---

[1]) Sen. Herc. fur. 1249 sq. senectae parce desertae, precor, Annisque fessis (cf. Ep. 1020 *defessa senectus*).

[2]) Cf. Pun. XVII 360 sq. (Iuno alloquitur Iovem) *quoniam mihi gratia languet Et cecidit iam primus amor.*

[3]) Cf. Pun. II 83 *Veneris iam foedera passae,* XIII 547 sq. *taedas Passis virginibus,* XIII 829 *Nondum passa marem,* Georg. III 60, Met. IX 332, 740, XV 410, XIV 141, A. A. III 766, Arg. VII 186.

[4]) [Arg. VIII 9], cf. Aen. III 324 Nec victoris eri tetigit captiva cubile.

[5]) Pun. X 369 *Attonitum visis,* Aen. III 172 Talibus attonitus visis (Ep. 686 *Attoniti . . . discrimine tanto*).

55. ***Haec ait:***[1]) *infesti placemus* ***numina Phoebi,*** cf. 68 *Protinus infesti placantur* ***numina Phoebi*** [Aen. IX 661, Arg. V 483], 547 *divae placari numina suadet.*

57. *Si volumus Danai portus intrare*[2]) *salutis*[3]).

Ad haec verba Barthius adnotat: «De saeculi est inquinatione quadam, quod *portum salutis intrare* pro *pestilentia liberari* dixit, quo loco sane aliter scripsisset maiorum gentium aliquis vates.» (Barthius enim Epitomen medii fere aevi temporibus compositam esse sibi persuaserat). Wernsdorfius defendit phrasin a Silio usurpatam conlato loco Ovidiano, ubi poeta substantivo *portus* metaphorice utitur: R. A. 610 Inque suae portu paene salutis erat; cf. Aen. VII 598 sq., Her. I 110, Trist. V 6, 2, Silv. II 1, 70.

58. *Dixerat*[4]); *exarsit subito violentia regis:* (Aen. XI 376 Talibus exarsit dictis violentia Turni, cf. XII 9, 45 v. T.).

61. *Inque vicem ducis invicti convicia suffert.* Cf. 105 *Inque vicem summi patitur convicia regis.* (Columella X 12 Perpetitur querulae semper convicia ranae), 537 *magni genitoris iurgia suffert.*

63. *Cogitur Atrides*[5]) *aeger dimittere amores* (cf. Pun. VII 722 [de lupo, quem pastores agnum raptum reiectare coegerunt] *vacuo fugit aeger hiatu* [*aeger* i. e. iratus et tristis propter praedae iacturam]).

65. *cunctis* ***notus Ulixes*** [Aen. II 44, Petron. Sat. 39 sic ***n. U.?***; cf. Fast. VI 433 furtis aptus Ulixes].

66. *Impositam puppi patrias devexit ad arces* (Orest. trag. 287), cf. 138 sq. *patriasque hortatur ad oras* ***Vertere iter*** [Met. II 730, Pun. VII 157]. Pun. XIII 81 *patrias dimisit ad aras* (num *oras?*), cf. Aen. VII 364, Met. XIII 44, Arg. IV 171, Her. XVIII 176.

67. *ad Danaum classes* (*classes Danaum* B V) *sua vela retorsit.* Met. XIII 92 In Danaas classes. Trist. I 1, 84 ab Euboicis vela retorquet aquis.

70. *Maeret et*[6]) *amissos deceptus luget amores.* Weytinghii coniectura *desertus* confirmari videtur loco Propertii II 8ᵇ, 29 abrepta desertus coniuge Achilles.

---

[1]) Eadem formula legitur Ep. 575, 1028 (semel ante, bis post orationem), Pun. I 55, IV 81, X 91, 524, XIII 276, XVII 544 (quinquies in Aen., semel in Phars.).

[2]) Cf. Pun. VII 411 ***portusque intrarat apertos*** (Aen. III 219, 254, Phars. II 443).

[3]) Eandem fere elocutionem (*ad portum optatae salutis pervenire*) apud auctorem Christianum inveni (Pannenborg «Magister Guntherus und seine Schriften» in «Forsch. zur deutschen Gesch.» XIII p. 264), cf. Gualtharius 1110 viam conor reperire salutis. Cf. progr. p. 8 sq.

[4]) Idem versus initium reperitur 44 (nescio, cur Baehrensius contra librorum auctoritatem scripserit *Dixit; at ille*; cf. Aen. II 152) et 331, ubi perversam codicum lectionem *Dixit tum* a Baehrensio in textum receptam esse miror. (*Tum,* quod codd. exhibent, explicatur vocabulo *tua,* quod eodem fere versus antecedentis loco legitur). Pun. XI 243 *Dixerat haec,* XVI 94 *Dixerat, et* (Verg. in Aen. *Dixerat* versus initio usus est vicies quater, Ovid. in Met. fere vicies). Bis occurit in Ep. *Dixit et* (129, 287), rarissime in Pun., ut VIII 225, IX 378 (quinquies decies in Aen., tricies bis in Met.). Semel apud Silium (bis in Aen.) inveni *Dixit; at* (Ep. 96), semel *Dixit* spondeum efficit (Ep. 271).

[5]) Ita scripsi pro *invitos,* quod libri exhibent (Baehrensius *invisos,* L. Muellerus *invictos*).

[6]) Cf. Met. VIII 518 Quod tamen (Ep. 69 *Non tamen*), 219 Maeret et.

72. *Solaturque suos alienis* ***ignibus ignes.*** [Met. II 313, IV 509, Fast. VI 439, Trist. IV 3, 65]. Arg. II 151 sq. hos aliis forsan solabere casus Tu thalamis, Georg. IV 464 cava solans aegrum testudine amorem, Aen. X 191 (cf. Ep. 586 *cithara dulci durum*[1]) *lenibat amorem*).

73 sqq. ***At ferus Aeacides***[2]) *nudato protinus ense*
Tendit in Atriden et, ni sibi reddat honestae
Munera militiae [Paneg. in Pison. 27], *letum* ***crudele minatur***[3]).

Met. XIII 444 (Achilles) ferus iniusto adiit Agamemnona ferro. Met. XIII 662 Miles adest et, ni reddantur, bella minatur, XV 24.

76. *parat contra defendere sese,* cf. 416 *contraque tamen defendere temptat* (Aen. II 447, IX 533).

77 sqq. ***Quod nisi***[4]) *casta manu Pallas tenuisset Achillem,*
Turpem caecus[5]) *amor famam liquisset in aevum*[6])
Gentibus Argolicis[7]). *contenta* ***voce manuque***[8])
Invocat aequoreae[9]) *Pelides numina matris,*

Her. III 147 sq. Me petat ille tuus, qui, si dea passa fuisset, Ensis (Achillis) in Atridae pectus iturus erat.

82. *Ne se Plistheniden contra* ***patiatur inultum***[10]).

Ita versum, qui mire criticorum torsit ingenia, restituit Bergkius Philol. XVI p. 623. Conieceram aliquando *Ne scelus Atridae pravi* (Auson. epitaph. 4, 3 pravus Atrides).

83. *At Thetis audita nati prece* (Pun. XII 417 *Tum pater a. n. pr.*).

87 sqq. *Tunc genibus regis sparsis affusa capillis*
«Pro nato veni genetrix en ad tua supplex
Numina, summe parens! ulciscere meque meumque (*Pignus*[11])

---

[1]) Georg. III 259 Durus amor (Ep. 639 *duros ignes,* 25 *ferus amor*).

[2]) [Ach. II 178]; cf. Ep. 504 *Sic ferus Atrides,* 580 *Et ferus Idomeneus,* Arg. I 43, V 553, Theb. IX 196, X 449.

[3]) [Met. VIII 467]. Ep. 724 *crudeli caede* (Aen. X 386, XII 636, Phars. VI 112, Theb. VI 458, Prisciani carm. I 95).

[4]) [Ecl. IX 14, Met. XI 241]; cf. Ep. 90 *quodsi,* 716 *quodsi* (*quodsin* Baehrensius), 308 *quod ni.*

[5]) Arg. VI 454 caecus amor, Lucr. III 59, Met. III 620 caeca cupido.

[6]) Wernsdorfius negat hunc versum ad mentem Homeri et ad mores priscorum heroum dictum esse, qui minime turpe putaverint furore amoris propter puellam in arma agi; sententia ipsa optime quadrat ad eam, quam Silius profert Pun. XIII 663 sqq. — Stoicorum doctrinam utriusque carminis versus redolere facile suspiceris, cf. progr. p. 10.

[7]) [Theb. III 462]; cf. Pun. XI 440 *Argolicis quondam populis,* Phars. II 318.

[8]) Baehr. et L. Muell. codicum lectionem secuti scripserunt *contempta voce minisque* (Baehr. post v. 79 lacunam unius versus significavit), *contenta* L, *intenta* Hoeufftius, *manuque* Higtius. Cf. Aen. III 176 sq. tendoque supinas Ad caelum cum voce manus, Arg. VII 269 sq. illi has ego voces, Qua datur, hasce manus . . . tendo, VIII 86 sq. linguaque manuque fatigat Vim Stygiam, Dracont. X 395 Lunam manibus tensis cum voce precatur, Aen. II 688, Orest. trag. 686 [Met. I 205, Theb. IX 161; cf. Theb. VII 111, XII 768 vocesque manusque (Ep. 712 *animoque manuque,* 714 *ferroque manuque*)].

[9]) Met. XI 226 aequoreae Thetidis (Her. III 53 matris aquosae i. e. Thetidis), Propert. I 17, 25 aequoreae formosa Doride natae (Ep. 99 *Doride nata*), Pun. VII 414 *aequoreae sorores.*

[10]) [Aen. XI 847, Fast. IV 595, Arg. IV 14, Theb. XI 271].

[11]) Cf. Pun. V 84 *natorum pignora,* VI 501 *uteri per pignora nostri,* Met. III 134, V 523, Trist. I 3, 60, Her. VI 130, Ach. I 127, Arg. I 605, Sen. Troad. 766, Nemes. Cyneg. 64.

Met. V 513 sqq. Ante Iovem passis stetit invidiosa capillis: «Proque meo veni supplex tibi, Iuppiter», inquit, «Sanguine, proque tuo», Aen. VIII 382 sq. supplex venio et sanctum mihi numen Arma rogo, genetrix nato, XI 365 en supplex venio.

91 sq. *Ut flammas inpune mei violarit Achillis,*
Turpiter occiderit superata libidine virtus.

Tib. I 3, 81 quicunque meos violavit amores. — Met. XV 173 ne pietas sit victa cupidine ventris, XIII 663, IX 625.

93. *Iuppiter huic contra:* (Aen. IX 93 Filius huic contra:; cf. Aen. VI 544, Met. V 30).

94. *mecum labor iste manebit.* Aen. II 708 me labor iste gravabit, IV 115 Mecum erit iste labor, Pun. VIII 328 *Mecum erit haec prorsus pietas.*)

95. ***Tu solare*** *tui maerentia* ***pectora nati,*** [Ep. 565, Aen. VII 518, Arg. VI 288], cf. Theb. III 712 sqq. (713 Pone metus, cf. Ep. 93 *depone querellas,* Theb. III 718 ***Tu solare*** virum). Aen. I 197 dictis maerentia pectora mulcet, cf. Met. XI 448.

98. ***optime coniunx,*** [Trist. III 3, 55, Theb. III 378; Orest. trag. 503 pessima c.].

100 sq. *quae coniunx dicor tua quaeque sororis Dulce fero nomen,* cf. Aen. I 46 sq. Ast ego, quae divum incedo regina, Iovisque Et soror et coniunx, Met. III 265 sq. si sum regina Iovisque Et soror et coniunx, Pun. XVII 365 *Et soror et coniunx oro,* Hor. Carm. III 3, 64 Coniuge me Iovis et sorore.

104. ***Talibus incusat*** [Aen. I 410; cf. Pun. X 72 *Talibus increpitat*].

108 sq. *Interea sol emenso* ***decedit Olympo,***
Conciliumque simul genitor dimittit ab aula[1]).

Georg. I 450 (Aurora) emenso cum iam ***decedit Olympo*** (Pun. III 648 *emensis . . . arenis*), Paneg. in Pis. 209 emenso Titan vergetur Olympo. — Ep. 155 *Conciliumque simul dimittitur.*

110. *Inde petunt thalamos iucundaque dona quietis.* (Pun. VII 287 *Dona soporiferae noctis* (haurire), Silv. V 4, 2 sq. donis ut solus egerem, Somne, tuis, Aen. II 269, Am. II 9, 40).

111 sqq. ***Nox erat et*** *toto fulgebant* ***sidera mundo***[2])
Humanumque genus requies divumque tenebat,
Cum pater omnipotens[3]) *somnum vocat* ***atque ita fatur***[4]).

Aen. VIII 26 sqq. ***Nox erat et*** terras animalia fessa per omnis Alituum pecudumque genus sopor altus habebat, Cum pater [Aen. IV 522 sqq., III 147, Am. III 5, 1, Fast. I 421, III 639, VI 673, ex P. III 3, 5, Arg. III 32, Hor. Epod. XV 1, Aviti poem. V 265, VI 235].

---

[1]) Cf. Sen. Oct. 218 deserit altam Iuppiter aulam.

[2]) [Lucr. I 788, V 433, 514, Cat. 64, 206, Aen. IX 93, Cir. 7, 218, Fast. V 545, Phars. VI 816, VII 189, Incerti carm. de pond. 5; *sidera cael—*: Georg. II 1, 342, IV 58, Phars. IV 54, 107, 521].

[3]) [Pun. III 163, Lucr. V 399, Georg. II 325, Aen. I 60, IV 25, VI 592, VII 141, 770, VIII 398, X 100, XII 178, Met. I 154, II 304, 401, III 336, IX 271, Arg. II 117, III 249, Theb. I 248, X 634, XI 134, Aviti poem. I 14, 46, 148 (versus incipit a monosyllabo velut *cum, tum, at* etc.), cf. *Iuppiter omnipotens:* Aen. V 687, Theb. III 471, *Sic deus omnipotens:* Ach. I 546].

[4]) [Aen. V 382, X 480, XII 295, Arg. I 562; cf. *atque haec ita fatur:* Aen. XI 822].

114 sq. ***Vade age*** *per tenues auras, lenissime divum*[1]),
Argolicique ducis [Met. XII 622] *celeri pete* ***castra volatu***[2])

Pun. XIII 413 ***Vade age*** [Aen. III 462, IV 222 sqq., V 548; cf. *Quare age:* Aen. VII 429, Arg. V 538, *Surge age:* Arg. IV 35, Pun. VII 19, VIII 176, *Perge age:* Pun. VIII 32].

116. *Dumque tuo premitur sopitus* (Aen. I 680) *pondere dulci,* Silius *pondus* adscribit somno aeque atque alii poetae cf. Aen. VI 520 sq., Met. XV 21, Her. XII 49, Phars. V 808, Baehr. P. L. M. V p. 117, v. 103 pressa sopore (Ep. 730 *somno vinoque sepultum*).

117 sqq. *Haec illi mandata refer: cum crastina primum*
Extulerit Titana *dies* ***noctemque fugarit***[3]),
Cogat in arma viros incautumque occupet hostem[4]).

Aen. IV 118 sq. ubi primos crastinus ortus ***Extulerit Titan,*** V 64 sq., Theb. IV 680 sq. solem in culmina mundi Tollit anhela dies, Aen. XII 75 sqq. mea dicta tyranno . . . refer: cum primum crastina caelo Puniceis invecta rotis Aurora rubebit, Non Teucros agat in Rutulos, Aen. IX 462 sq. in arma viros . . . Suscitat aeratasque acies in proelia cogit.

120 sq. ***Nec mora***[5])*: somnus abit*[6]) *levibusque per* ***aëra pennis*** [Met. X 159, XV 99, ex P. II 7, 27, Phars. VII 835, Aviti poem. IV 565] *Devolat.* (Pun. X 343 sq. *mollibus alis Des victum mihi, Somne, Iovem,* Met. XI 650, Tib. II 1, 89 sq., Prop. I 3, 45.)

121 sq. *sopore Corpus inundatum*[7]) *leni prostratus habebat.* cf. Pun. X 351 sqq. *Imperium celer exsequitur curvoque volucris Per tenebras portat medicata papavera cornu. Ast ubi per tacitum adlapsus tentoria prima Barcaei petiit iuvenis, quatit inde soporas Devexo capiti pennas oculisque quietem Irrorat,* VIII 121 (cf. appar. crit. ed Rupert.), Enn. Ann. 521 sese exsiccat somno, Aen. I 691 sq. per membra quietem Irrigat, III 511, Lucr. IV 907, Pseudo-Tib. III 4, 81 defluxit corpore somnus, Pers. Sat. V 56, Apul. Met. III 20, Theb. II 144 (Schol. ad hunc versum: «sic a pictoribus simulatur (somnus), ut liquidum somnium ex cornu super dormientes videatur effundere[8])»), VI 27, Arg. IV 16.

123. Somnus dicitur *curarum operumque levator*[9]), cf. Pun. XV 612 sq. *Nox, somni genetrix, mortalia pectora curis Purgarat,* Met. XI 624 sq., ex P. I 2, 43 sq., III 3, 7, Sen. Herc. fur. 1065 sqq., Agam. 75 sq., Culex 93.

---

[1]) Cf. Theb. X 126 sq. mitissime divum, Somne, Silv. V 4, 1 placidissime divum, cf. Met. XI 624, VIII 823, Hor. Carm. III 1, 21 sq.

[2]) [Met. XII 522, XIII 611; cf. IV 718].

[3]) Aen. X 256 sq. ruebat Matura iam luce dies ***noctemque fugarat,*** Phars. V 455 sq. nocte fugata Laetum nube diem iubar extulit.

[4]) Cf. Met. XIII 104 furtis incautum decipit hostem, Paneg. in Pison. 200 venientem decipit hostem.

[5]) [Pun. XIV 581, Met. I 717, III 46, IV 120, 344, 481, VIII 416, 830, IX 166, XI 324, XIII 225, 954, XIV 273, 845, Phars. IV 445, Theb. I 310, (Met. XI 161 Nulla mora est); ***Nec mora, continuo:*** Ep. 225, 579, Aen. V 368; ***Haud mora:*** Aen. VII 156, Met. VI 53 (Aen. III 207 haud mora — ◡); ***Haud mora, continuo:*** Georg. IV 548, Aen. III 548, Met. XIV 362].

[6]) ***Somnus abit*** (initio versus) legitur his locis: Met. VII 643, IX 472, XV 664, Fast. III 23, VI 389.

[7]) Cf. Petron. Sat. 101 Inundatus hac Eumolpus invidia.

[8]) Cf. Annal. philol. vol. 87 p. 297.

[9]) Cf. Petron. Sat. 140, Aen. III 709; cf. progr. p. 38 sq. et Huebneri observ. in Epicedion Drusi [Hermae XIII p. 154].

124. *Rex Danaum Atride, vigila* (Aen. X 228 sq. vigilasne, deum gens, Aenea? vigila).

125. (mandata Tonantis) *delatus*[1]) ***ab aethere porto*** [Theb. VII 77 Quod Iovis imperium? magno quid ***ab aethere portas?***]

128, 160 *Et petere Iliacos instructo* ***milite campos.*** (Aen. III 400 Et Sallentinos obsedit ***milite campos,*** Pun. I 125 *Aetolos late consterni* ***m. c.***)

129. *repetit per quas modo venerat auras* (Met. XI 632 Effugit et remeat per quos modo venerat arcus, XIV 231 per quas modo venerat undas, III 121).

133. *socias* — — ◡ ◡ *vires* (Pun. V 106). — **135.** *gratesque agit* ***omnibus aequas*** [Arg. III 599].

136. *Thersites, quo non deformior alter* (cf. Aen. IX 772 Amycum, quo non felicior alter, I 544 sq., VII 649, Met. V 130 sq., Arg. VII 333, Pun. I 440, VIII 481).

137. *linguave protervior* (Nescio, cur L. Muellerus *protervior,* quod omnibus codicibus exhibetur et hoc loco aptissimum est, in *procacior* mutaverit, cf. Met. XIII 232 sq. ausus erat reges incessere dictis Thersites . . . . protervis).

141. ***Correptum dictis*** [Met. III 565] *sceptro percussit eburno.* (Met. I 178 sceptroque innixus eburno.)

142 sq., 593 sq. (*ingens*) ***ad sidera clamor*** *Tollitur.* (Pun. IX 304 *Tollitur inmensus deserta* ***ad sidera clamor,*** Aen. II 222 Clamores simul horrendos ad sidera tollit, cf. II 488, IX 566 sq., X 262, XI 832 sq., Aviti poem. VI 617 sq.)

143. *cunctos pugnandi corripit ardor* (cf. Pun. I 582 *pugnandi substitit ardor*).

144 sq. *Tandem sollertis prudentia*[2]) *Nestoris aevo*
Compressam[3]) *miti sedavit pectore turbam.*

Cur Baehrensius pro *pectore* scripserit *pondere,* non intellego, cum codicum lectione recepta sententia minime turbetur. Tumultuosae turbae opponit poeta Nestorem miti pectore eam sedantem, cf. Aen. XII 9 sqq., IX 740, I 521. (A. A. II 736 (quantus) Aeacides dextra, pectore Nestor erat, cf. Ep. 176 *sollerti pectore Nestor* (Orest. trag. 354).

147 sqq. (responsa recordans) ***Temporis illius, quo visus*** *in Aulide serpens*
Consumpsit volucrum bis quattuor ***arbore fetus*** [Aen. VI 141].
Atque ipsam invalido pugnantem corpore contra
Addidit extremo ***natorum funere matrem***[4]).

---

[1]) *delapsus* M (cf. Aen. V 722, 838, Met. I 212, 608; Ep. 96, 464, 653 ***delapsa per auras*** [Pun. II 542]).

[2]) Per abstracta Epitomator heroas identidem significat secutus Homeri aliorumque poetarum exemplum: 154 (737) ***Nestoris aetas*** [Mart. II 64, 3], 174 *Menelai . . . ardor* (Baehr. P. L. M. V p. 424, v. 67), 175 *ferox Agapenoris ira,* 204 *Ithaci . . . sollertia* (A. A. II 355 sollers Ulixes); cf. ex P. I 3, 33 Ithaci prudentia (Met. XII 178 O facunde senex, aevi prudentia nostri), Cul. 297 Telamonia virtus, 326 Ithaci virtus, 361 Horatia virtus; cf. Ep. 350 *doctus ab* ***arte paterna*** [Pun. I 240, VII 713, Aen. VIII 226] i. e. a patre artis perito.

[3]) Cf. Liv. 42, 26 comprimi ac sedari Ligures, cf. Pun. X 489, Georg. IV 86 sq., Aen. II 73 sq., V 802 sq., VIII 184, Met. I 206 sqq.

[4]) Malim *Addidit extremo* (cf. Ach. I 186 Elicit extremo chelyn) *natorum ad* ***funera matrem.*** [Aetna 19 tristem ***natorum funere matrem,*** Aen. IX 486 ***funera mater,*** cf. Zingerle, Zu späteren lat. Dicht. I p. 47 (cf. Pun. II 138 *pater in gemino natorum funere* — ◡)]

Met. XIII 280 sq. quanto cogor meminisse dolore ***Temporis illius, quo*** [Met. XIV 205 ***Temporis illius, quo vidi,*** XIII 443, Trist. IV 10 41 ***Temporis illius***]. Met. XII 15 sqq. Nidus erat volucrum bis quattuor arbore summa, Quas simul et matrem circum sua damna volantem Corripuit serpens avidoque abscondidit ore, cf. Hor. Epod. 1, 19 sq.

151. *Tum sic deinde: senex remoror, remoramini, Achivi:* Baehrensii coniecturam metricas ob causas esse reiciendam supra p. 8, ubi de elisione verba fecimus, demonstratum est; fortasse scribendum est *Tum sic deinde senex monet et remoratur Achivos* vel *senex Danaos remoratur ituros* (cf. Met. XIII 220 cur non remoratur ituros?). Pun. I 124, III 570, IV 808: *sic deinde profatur.*

153. *Quo cadet ec* (?) *Danaum victricibus* ***Ilion armis*** [A. A. I 363 ***Ilios a.,*** R. A. 163 ***Ilion a.***] cf. Aen. III 54 Res Agamemnonias victriciaque arma secutus, Orest. trag. 21, Prisciani carm. II 666.

154. ***Assensere omnes*** [Aen. II 130, Phars. VIII 536; cf. Met. I 199, XII 18, XIV 592].

155 sq. ***arma parari*** [Aen. VII 468 iubet ***arma parari,*** Met. III 115, Phars. II 526, IV 687, Dracont. V 252] *Dux iubet atque animos aptari et corpora pugnae.* Aen. X 259 Atque animos aptent armis pugnaeque parent se (Displicet Baehrensii coniectura *Dux omnis iubet atque aptari corpora pugnae,* cf. p. 5, ubi de caesuris agitur).

157 sqq. ***Postera lux***[1]) *tacitas ut primum* ***dispulit umbras***
Et nitidum Titan radiis ***caput extulit undis***[2]),
Protinus armari socios iubet ***acer Atrides***[3])

Cf. 126 sq. *cum primum Titan emerserit undis, Fortibus arma iube socios* ***aptare lacertis***[4]), 616 sqq. *cum fessus in undas Coeperat igniferos Titan inmergere currus Noxque subire polum.* Pun. I 209 sq. *Atque ubi fessus equos Titan inmersit anhelos, Flammiferum condunt fumanti gurgite currum* (Met. II 59 ignifero . . . axe), X 537 sqq. *Donec anhelantes stagna in Tartessia Phoebus Mersit equos fugiensque polo Titania caecam Orbita nigranti traxit caligine noctem* (XII 574 *nox depulsa polo*), XI 267 sqq., Phars. IV 282, Arg. V 1.

161 sqq. ***Vos mihi nunc,*** *Musae,* (*quid enim non ordine nostis?*)
Nomina clara ducum clarosque referte parentes
Et dulces patrias: nam sunt haec ***munera vestra***[5]).
Dicamus, quot quisque rates ad Pergama duxit[6]),

---

[1]) [Pun. XI 369, Met. IX 795, Cir. 349, Aviti poem. V 127 ***Postera lux*** etc. (Arg. V 1 Altera lux); cf. Aen. III 588 sq. Georg. III 357 sol pallentes . . . discutit umbras (Aen. V 839 ***dispulit umbras***), Baehr. P. L. M. V p. 118 v. 133 Et radiis Titan noctis disperserat umbras].

[2]) [***caput extulit undis:*** Pun. VII 254, Georg. IV 352, Aen. I 127, Tib. IV 1, 123; ***extulit undis:*** Aen. III 215, IX 817, Met. V 487, Fast. II 149; ***caput extulit*** — ⏑: Pun. VIII 250, Ecl. I 25, Georg. II 341, Fast. V 637, Theb. VI 108 (Met. IX 97 mediis caput abdidit undis)].

[3]) [Ep. 581; cf. Aen. X 411, XI 612, 869, XII 661, Ach. II 192 ***acer*** ⏑ — ⏑ (sequitur nom. propr.), Ep. 187 et Cul. 317 ***acer uterque***].

[4]) [Pun. XIV 358, Georg. IV 74; cf. Pun. XIV 496 *Arma puer niveis aptarat picta lacertis,* cf. Am. I 13, 14 armiferas aptat ad arma manus].

[5]) [Ecl. II 44 ***munera nostra***; cf. Georg. I 12, Aen. XII 393 sqq.].

[6]) Cf. Aen. IV 426 classemve ad Pergama misi.

Et coeptum peragamus opus, sitque ***auctor Apollo***[1])
Adspiretque[2]) *libens operi per singula nostro.*

Aen. VII 641 sqq. Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete, Qui bello exciti reges, quae quemque secutae Conplerint campos acies . . . Et meministis enim, divae, et memorare potestis, X 163 sq., IX 525 sqq. Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti etc., Arg. III 15 sqq. ***Tu mihi nunc*** causas infandaque proelia, Clio, Pande virum: tibi enim superum data, virgo, facultas Nosse animos etc., Theb. IV 32 sqq., Pun. III 222 sqq., XIV 1 sqq. Flectite nunc vestros, Heliconis numina, cantus Ortygiae pelagus Siculique ad litoris urbes. Muneris hic vestri labor est etc.

170, 185. *valido pulsarunt* ***remige*** *fluctus* (***pontum***). [Pun. VII 412, XIV 387 sq.; cf. ex P. III 1, 1 Aequor Iasonio pulsatum *remige primum*].

171. ***moenibus ortus*** [Trist. I, 10, 39; cf. Ep. 200 *finibus ortus*, Pun. VII 29]. — **172.** *bellatrix Graecia* (Dracont. VIII 339 G. victrix).

176 sq. *Quos iuxta* (Ep. 191 *Quos iuxta*, 218 *Quem sequitur iuxta*, cf. Aen. VI 815 quem iuxta sequitur) *fidus . . . Nestor* (Met. XIII 63 fidum . . . Nestora) . . . *gemina cum prole suorum* (Met. VI 205 gemina cum prole ◡ — ◡). Cf. progr. p. 33.

178. *It ter tricenis munitus in* ***arma carinis*** [Ep. 207, Theb. VII 88], cf. Ep. 209 *Bis quadragenis muniti* ***navibus ibant*** [Aen. I 518, II 254, X 213].

179 sq. *At Schedius virtute potens*[3]) *et* ***Epistrophus ingens*** [242]
Gloria Myrmidonum, saevi duo robora[4]) *belli,*

Pun. I 88 *gloria gentis, Agenor*, Aen. VI 767 Procas, Troianae gloria gentis; Met. XII 525 Lapitheae glōria gentis; cf. Ep. 257 sq. *o dedecus, inquit, Aeternum patriae generisque infamia nostri* (Met. VIII 97 o nostri infamia saecli), 273 *O patriae, germane, decus* (Enn. trag. 39 O lux Troiae, germane Hector), 661 *Unum quippe decus Phrygiae* (Pun. XI 158 *solum Decius Capuae decus*, IV 184 (Tulle) *Egregium Ausoniae decus ac memorabile nomen*, X 88 *O decus aeternum Carthaginis*, XV 453 *Magnum Dardaniae, Laeli, decus*, VII 692, Cul. 317 Hector erat, Troiae summum decus, Lucr. III 3, Aen. IX 18, XI 508, XII 142, Met. XII 607 sq., Paneg. in Pison. 212).

181, 194, 219 *Longa quaterdenis* (*Altaque terdenis*) *sulcarunt* ***aequora proris*** [Theb. V 335, Pun. XV 277] cf. Pun. XV 239 *sulcarant caerula puppes*, XVII 155 *propulsa sulcant vada salsa carina*, VII 363 *sulcator navita ponti*, 411 sq., XII 452, XIV 380, Aen. V 158 longa sulcant vada salsa carina, V 142, X 197 sulcat maria alta carina, ex P. I 4, 35, Dracont. VIII 219, 574

183. *Instruxere rates ornatas* ***milite forti*** [Am. I, 9, 5, Met. XII 64] cf. 188 *Terdenas valido complerunt milite naves*, 214 *Hi bis vicenas onerarunt milite naves*, 186 *Bisque quadragenas onerarunt milite puppes.*

---

[1]) [Aen. VIII 336, XII 405, Theb. I 399, X 889; cf. Cul. 12, Aetna 4].

[2]) Cf. Aen. II 385, Met. I 3, Cir. 99.

[3]) Cf. Ep. 206 *Egregia virtute potens*, Aen. XII 827, Prisc. carm. I 64, II 924.

[4]) Pun. I 664 *Samnitum robore*, XV 655, Aen VIII 518, ex P. I 3, 63 magnanimi robur . . . Rutili; cf. Aen. VI 842 sq. geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Libyae (Pun. VII 106, VIII 222, 586, XV 663, Dracont. VIII 157, 365).

184. *Euryalus Sthenelusque duces*[1]) *et* ***fortis in armis***[2]) cf. 233 *Hunc sequitur forma melior nec fortis in armis* (Paris); *nec* (=nec tamen) scripsit Baehrensius 233 pro *tunc*, quod libri exhibent (*tunc*, suprascr. m. 1 *non* E), in Muelleri editione legitur *non fortis in armis*, Kootenius et Schenkelius maluerunt *non fortibus armis* (Aen. X 735 haud furto melior, sed ***fortibus armis***). Fortasse scribendum est *non fortior armis.*

189. *Locrum fortissimus Aiax*, 486 *Phrygum* ***f. Hector,*** 820 ***f. Hector*** [A. A. II 709; cf. Aen. VI 169 f. heros, VII 752 f. Umbro, VIII 513 o Teucrum atque Italum fortissime ductor, XII 538 Graium fortissime Cretheu], 1028 *o Graiae gentis fortissime Achilles* (Pun. VIII 211 sq. *rex o fortissime gentis Sidoniae,* Lucr. III 3 o Graiae gentis decus).

191. *Graium murus . . . Achilles* (Met. XIII 281 Graium murus, Achilles, Sen. Troad. 126 (de Hectore) Tu murus eras, Dracont. (Baehr. P. L. M. V) VIII 377 Murus erit sociis, IX 64 Dardanidis quis murus erit post Hectora campo?).

192. *Cum quinquaginta* (Man. Astr. II 2) *materna* (cf. Fast. IV 131 materna per aequora — ⏑, Pun. VII 122, Ach. I 273 cognata per aequora) ***per aequora vectus*** [Pun. I 584, Georg. I 206, Aen. I 376, III 325, VI 335, 692, VII 228, Met. III 538, Her. XVI 5, Arg. V 669, Orest. trag. 372].

201. *animisque* ***insignis et armis***[3]) cf. 282 *clipeoque insignis et hasta* (Aen. IV 134 ostroque insignis et auro), Ep. 602 *animis armisque furens* (Aiax) (Cul. 317 Ignibus hic telisque furens (Aiax)), Theb. I 605 armorum praestans animique, Aen. XI 641 Ingentemque animis, ingentem corpore et armis (Pun. VI 708).

205, 363, 602, 623, 787, 836 ***Telamonius Aiax*** [Dracont. VIII 50], 198 *Telamone satus Salaminius Aiax*, 610, 624 ***Telamone creatum*** [Met. XII 619, XIII 22, 346].

210. *clara de gente Menestheus* (cf. Met. XII 116 Lycia de plebe Menoeten.[4])

213. *clara virtute Polyxenus*, 239 *magnae Glaucus virtutis in armis* (cf. Aen. VII 474 claris dextera factis, Cul. 368 Curius clarae socius virtutis).

216. ***Oileos Aiax*** [Met. XII 617]. — **220.** ***litora puppes*** [Aen. III 135, VI 901, VIII 497, X 268, Dracont. VIII 218]. — **225.** ***arma parentis*** [Pun. VI 586, Arg. VI 215].

217. *Poeante satus* (Met. IX 233 P. satum, XIII 45 Poeantia proles).

222. *Iamque citam appulerant classem* ***camposque tenebant***[5]),

Totum versum spurium censet L. Muellerus, Baehrensius graviter corruptum esse arbitratus sic fere refingi posse sibi persuasit: *Iam sese extulerant castris camposque tenebant,* quae con-

---

[1]) Cf. appar. crit. (Aen. II 261 Thessandrus Sthenelusque duces).

[2]) [Ep. 463, 590, Aen. X 735, Met. I 456, Fast. V 587, Orest. trag. 529: ***fortibus armis,*** Phars. V 345 ***fortis in armis,*** Ep. 964 ***fortiter armis***].

[3]) [Aen. VI 403 pietate ***insignis et armis,*** Arg. III 430 ***insignis in armis,*** Pun. I 329 *patriis* ***insignis in armis,*** Aen. X 170 ***insignibus armis***].

[4]) Menoetae nomen per errorem in Epitomes versum irrepsit: *menetes* E M, *moenetes* L, *menetis* V, *monetis* ceteri, *Menestheus* correxit Bondamus.

[5]) [Aen. XI 903 ***campumque tenebat,*** cf. Aen. II 209 iamque arva tenebant, IX 98 portusque tenebunt, Ep. 738 ***castra tenebant***].

iectura non displicet et Pun. locis duobus confirmari videtur: I 426 sq. *se insperata iuventus Extulerat portis*, XIII 133 sq. *Extulerat sese portis pavidaque petebat Consternata fuga positos ad moenia campos*, cf. Aen. XII 441 portis sese extulit ingens.

223. *Cum pater ad Priamum mittit Saturnius Irim*, Aen. IX 2 sq. Irim de caelo misit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum, IV 694, V 606 sq., IX 803 sq.

226 sq. *Priamides Hector totamque* ***in proelia pubem*** [Pun. VI 348, 622]
Festinare iubet portisque agit ***agmen apertis.***

Met. XIII 99 Priamidenque Helenum. Aen. VII 429 sq. armari pubem portisque moveri Laetus in arma (i. e. in pugnam, *arva* coniecit Peerlk.) iube, X 308 sq.; Georg. II 280, Aen. XII 450 campo stetit (rapit) ***agmen aperto,*** cf. Ep. 575 *portis acies petit* ***acer apertis*** [Pun. XI 415 ***acer aperto,*** XV 626 sq. *ruit* ***acer apertis*** *Turbo equitum portis*].

229. *munibat* ***pectora thorax*** [Theb. IX 241; cf. XI 543 tegit inguina thorax, Pun. III 272 *lino* i. e. linteo thorace *munire latus*]. — **231.** *Ornabatque latus mucro* (cf. Pun. XII 395 *Vitis adornabat dextram decus*). — **232.** *ocreae, quales decet Hectoris esse* (Met. II 14 qualem decet esse sororum, Trist. I 1, 3 qualem decet exulis esse).

235. *Deiphobusque Helenusque simul fortisque Polites* (cf. Pun. I 438 *Iam Lygdum Duriumque simul flavumque Galaesum*). — **237.** *Archilochusque Acamasque ferox Antenore creti* (Aen. IX 672 Alcanore creti), cf. 245 *Hippothousque Acamasque ferox*[1]) (ita scripsi pro *atamas venere*, quod codices exhibent; Baehrensius *Acamasque ivere*), Met. VIII 307 Hippothousque Dryasque et cretus Amyntore Phoenix. — **241.** *Ibat et Amphimachus* (Aen. VII 761 Ibat et Hippolyti proles).

236. *Veneris* ***certissima proles*** [Ep. 483 *Emicat interea* (Pun. I 376 *Emicat ante omnes*, Aen. IX 735 sq., Ep. 86, 665) *Veneris pulcherrima proles*, Pun. XIII 767 sq. *Incipit Aeneades: Libyci* ***certissima proles*** *Hannonis*, Aen. VI 322 Anchisa generate, deum ***certissima proles;*** cf. Pun. IV 476 *Vera Iovis proles*].

246 sq. *ambo Florentes aetate viri* (Ecl. VII 4 Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo, Pun. V 231 *florens aequali Lentulus aevo*, V 412 sq. *navaque* (vulgo *vanaque*, malim *primaque*) *iuventa Florebat*, I 60 sq., 226, 376, III 84, XVI 405, 455, 669, Aen. VII 162, Eleg. in Maecen. 7.

248 sq., 520 sq. ***Iovis inclita proles*** *Sarpedon* [Met. IX 229; Arg. IV 549, Auson. epitaph. 18, Baehr. P. L. M. V p. 84, v. 4]. — **250.** ***Neptunia Troia*** [Aen. II 625, III 3; cf. Her. III 151 sq., Fast. I 525 Neptunia Pergama, Auson. epitaph. 16. Iliaci Neptunia moenia muri].

249. *claraque satus tellure Pylaemen* (codd. *chorebus*); cf. progr. p. 33 sq., Met. II 569 Phocaica clarus tellure Coroneus.

251. *Vicissetque dolos Danaum, ni* ***fata fuissent.*** Aen. II 433 Vitavisse vices Danaum, et, si ***fata fuissent,*** cf. Pun. I 107 *si fata negarint*, Pun. II 364, Met. III 548 si fata vetabant, Phars. I 114 quod si tibi fata dedissent, Aen. II 34 Troiae sic fata ferebant.

---

[1]) Idem epitheton ornans intra novem versus ter usurpatum: 237, 243, 245 (243 ***Euphemusque ferox,*** cf. 212 *Amphimachusque ferox,* Met. VIII 306 Leucippusque ferox, III 213 Hylaeusque ferox) nihil habet offensionis, cf. 177, 179, 187, ubi adiectivum ***potens*** simili modo redit (*ferox* decies in Ep. legitur).

252, 297. ***fulgentibus***[1]) ***armis*** [Pun. XI 514, XV 550, Aen. II 749, VI 217, 861, X 550, XI 188, XII 275, Trist. III 1, 33, ex P. IV 7, 31].

253. *Paris, exitium Troiae funestaque flamma* (cf. 234 *Belli causa Paris, patriae funesta ruina,* 337 sq. *illa* (Helena) *soluto Accepit flammas gremio*[2]) *Troiaeque suasque*). Silius hoc loco Ennium imitatus esse videtur, qui in ea quae *Alexander* inscribitur tragoedia (trag. 12) Paridem dicit *exitium* (*exitum* H) *Troiae, pestem Pergamo* (cf. trag. 1 sq. mater gravida parere se ardentem facem visast in somnis Hecuba, cf. Her. XV 43 sq. Paris, impia nostri Fax uteri, XVI 237 sq., Dracont. VIII 122 sq., 650). Vix igitur dubium esse potest, quin L. Muelleri lectio *excidium* (*exicium* codicum consensu, *excidium* (sic M) m. 1 in *exicium* corr. E) reicienda sit, cf. Met. XIII 500 Exitium Troiae nostrique orbator, Achilles, Hor. Carm. I 15, 21 sq. Laertiaden, exitium tuae Genti.

254. *Armatum adverso Menelaum ex agmine cernit* (Pun. XII 233 *Fulgentem, extremo Pedianus in agmine vidit.*)

259 sq. *at non dubitabas hospitis olim*
Expugnare toros[3]), *cuius nunc defugis*[3]) *arma.*

Aen. X 92 Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter, Her. XVI 3 sq. Ausus es hospitii temeratis, advena, sacris Legitimam nuptae sollicitare fidem, Propert. IV 12, 9 Haec etiam nymphas expugnant arma pudicas, Rutil. Itiner. I 359 Aurea legitimas expugnant munera taedas.

261 sq. *ubi sunt artes, ubi cognita nobis*
Ludorum quondam vario in certamine ***vis est?***[4])

Aen. V 391 sqq. ubi nunc nobis deus ille magister, Nequiquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem Trinacriam et spolia illa tuis pendentia tectis? Arg. IV 649 sq. ubi nunc promissa superba Ingentesque minae, mecum quibus ista secuti?, Pun. VII 106 sq. — Her. XV 359 (de Paride) Paene puer iuvenes vario certamine vici.

263 sqq. *Hic animos ostende tuos: nihil adiuvat arma*
Nobilitas formae: duro Mars milite gaudet.
Dum iaceas in amore tuo, nos ***bella geremus***[5])
Scilicet et nostrum fundemus in hoste cruorem.

Aen. VI 261 Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo, V 191 sq. — Her. XVI 253 sq. Apta magis Veneri quam sunt tua corpora Marti. Bella gerant fortes. Tu, Pari, semper ama. —

---

[1]) Cf. 228 *fulgens auro cassis,* 311 sq. *auro* ***Fulgentem galeam*** [Pun. I 476; cf. Met. VIII 26 sq.], 604 *f. hastam,* 231 sq. *nitentes . . . . ocreae,* 394 *flagrantiaque ignibus arma,* 467 *flagrantibus irruit armis* (Pun. III 117 *flagrantiaque arma,* IX 539, cf. Arg. VII 644 fumantibus — ◡ ◡ armis), 665 *ardentibus emicat armis,* 283 *paribus fulgens . . . in armis* (Aen. XI 769 Phrygiis fulgebat in armis; Pun. II 132, IV 381 *paribus . . . in armis*).

[2]) Georg. IV 198 sq. (de apibus) nec corpora segnes In Venerem solvunt, A. A. III 793, Aen. VIII 388 sq. ille repente Accepit solitam flammam etc.

[3]) Cf. Pun. XI 292 *Electraeque toros* (canebat), Dracont. VIII 575. — Pun. IX 427 *quod Sidonium defugeris ensem.*

[4]) Amplector hanc codicum lectionem (Baehrensius *mens est,* Muellerus *virtus*), cum priore versu Schenkelii coniecturam (*artes* pro *vires*) probem; cf. Met. VIII 29 Laudabat virgo iunctam cum viribus artem.

[5]) Malim *geramus* et *fundamus;* cf. exempla, quae supra protuli. [Met. XII 418, Am. I 9, 45, Fast. V 59, Phars. X 147, Theb. VI 117, Dracont. IV 12, V 10, VIII 300, Pun. VI 679, VII 745, VIII 218].

Aen. XI 371 sqq. Scilicet ut Turno contingat regia coniunx, Nos, animae viles, inhumata infletaque turba, Sternamur campis, IV 379; Theb. III 652 sqq. Scilicet ut vanis avibus natoque domoque Et thalamis potiare iacens, sileamus inulti Tydeos egregii perfossum pectus?, Baehr. P. L. M. IV p. 324 (Verba Achillis in Parth.) 57 sq. Scilicet ut coniunx viduo reddatur Atridae, Procumbat (ita codd.) vilis Teucrorum victima Achilles, Pun. V 114 sqq. *Scilicet has sera ad laudes Servilius arma Adiungat* etc., Propert. IV 7, 31 sq. Dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector, Ille Helenae in gremio maxima bella gerit.

267. ***concurret in armis*** [Aen. II 317 ***succurrit in armis***, 409 ***incurrimus armis***]. — 269 ***foedere iuncto*** [Pun. XI 149, Aen. IV 112, VII 546, VIII 56, XI 356, XII 822, Her. IV 147, Arg. IV 215, Ach. II 30, Theb. V 138; cf. Georg. IV 158 foedere pacto, Theb. II 339 foedere rupto; Ep. 279 *Foedera iunguntur*, 346 *Foedera . . . turbavit* (Aen. XII 633 Foedera turbasti, Theb. III 233 foedera turba, Aviti poem. IV 465, cf. Aen. V 496)].

270. *Adversas conferte manus,* ***decernite ferro.*** [Enn. Ann. 135, Aen. XI 218, XII 282, 695, 709]. Aen. X 876 Incipias conferre manum, cf. XI 283 Contulimusque manus.

272. *Quid nimis indignis, inquit, me* ***vocibus urgues?*** [Arg. VIII 304.] Am. III 1, 35 sq. Quid gravibus verbis . . . dixit, Me premis? Pun. I 383 *Prostratumque premens* (Ep. 677 *Prostratumque levant*) *telo voce insuper urguet.*

274. ***virtutis honore*** [Met. VIII 387, Cul. 358, Arg. I 851, Dracont. VIII 599].

275. *Nec vires temptare viri* (Phars. IV 373 Et vires rediere viris) . . . *recuso* (Aen. XI 437 temptare recusem, Pun. I 111 sq.).

277. ***Dicta refert*** *Hector* [Met. VII 481 ***Dicta refert*** rector]. — 278 *Protinus accitur Priamus* (Aen. IX 192 sq. Aenean acciri . . . Exposcunt, Pun. VI 454).

279 sq. *decedit uterque Depositis*[1]) *populus telis* (268 sq. *spectet . . . Depositis populus telis*) *campusque patescit.* (Aen. XII 696 Discessere omnes medii spatiumque dedere, V 551 sq. longo discedere circo Infusum populum, et campos iubet esse patentes, X 444, XII 710; III 530 portusque patescit.)

281, 339. *Interea toto procedit ab* (339 *Menelaus in*) *agmine Troum* (Phars. II 392 Interea trepido discedens agmine Magnus, Pun. V 377 sq. *ex agmine Poenum Cedentem*, I 249).

284 sqq. ***Constitit et*** [Ep. 295]: ***tecum mihi sint certamina, dixit,***
Nec longum nostra laetabere coniuge, quam te
*Mox rapuisse gemes, tantum****modo Iuppiter adsit***[2]).

Pun. VII 34 *Non cum Flaminio tibi res*, Met. V 63 sqq. (arcus) Arripit et: mecum tibi sint certamina, dixit, Nec longum pueri fato laetabere, quo plus Invidiae quam laudis habes, Aen. X 739 sq. non me, quicunque es, inulto, Victor, nec longum laetabere, Theb. X 467 sq. non longum caede recenti Laetatus (Ep. 850 *Non inpune mei laetabere caede sodalis*).

---

[1]) Cf. Met. XII 147 positis pars utraque substitit armis, Aen. XII 707, A. A. II 463.

[2]) Aen. III 116 ***modo Iuppiter adsit,*** cf. Met. IV 650 longe tibi ***Iuppiter absit,*** 702 faveant modo numina.

287. ***Dixit et adversum*** *se concitat acer* ***in hostem.*** Aen. XII 266 ***Dixit et adversos*** telum contorsit ***in hostes,*** Pun. IX 643 *Acrius hoc Paulus medios ruit asper in hostes*, cf. Ep. 609 *Acrior adversum* (codices *in pugnam*, solus E *adversum*, Wernsdorfius et Baehrensius *Acrius inpugnans*) *rursus consurgit in hostem* (Ep. 790 *Acrius adsurgunt Troes*, 474, 912, Arg. I 362.

288. *Ille virum forti venientem* (*vementem* Muellerus et Baehrensius, cf. p. 5) ***reppulit ictu*** [Ep. 612, Met. III 64, Arg. VI 652]. Ep. 434 *Eurypylus gladio venientem* (cf. p. 5) *Hypsenora fundit* (Aen. XII 510 sq. hunc venientem cuspide longa, Hunc mucrone ferit).

289 sq. *longeque trementem* (ita scripsit Weytinghius pro *frementem*, quod Muellerus et Baehrensius in textum receperunt) *Hastam deinde iacit*, cf. Aen. II 175 parmamque ferens hastamque trementem, XII 94, Met. XII 98, Pun. II 448, V 628, VI 251, X 118.

291. ***fixisset corpora telo*** [Pun. IV 454 ***defixum corpore telum,*** Incerti Sulpicia 54 ***c. t.***], 364 ***transfixit pectora telo*** [Met. II 504 ***fixurus pectora telo,*** Fast. II 831 ***fixit sua pectora ferro,*** Phars. VII 528 ***transfixus pectora ferro,*** cf. Aen. I 44 transfixo pectore — ◡], 478 ***traiectus pectora telo*** [Met. II 605 ***traiecit pectora telo,*** Aen. I 355 ***traiectaque pectora ferro,*** Theb. IX 309 ***traiectus pectora ferro***]. Ep. 834 ***pectore ferro*** [Pun. VI 87, Met. IX 614, Am. I 11, 9, ex P. IV 12, 31, R. A. 19, Phars. II 102, III 588, IV 166, 561, VII 528, VIII 663, Arg. VI 110, Theb. IX 574, 674, XI 506, 639; cf. ***pectora telo:*** Pun. XV 382, Met. XIII 694, Am. II 10, 31, Hal. 54, Ibis 623, Arg. III 185, Theb. II 637, Phars. III 587, ***corpora ferro:*** Ep. 300, 456, Pun. IV 191, Aen. IX 410, XI 864, Met. XII 131, 485, Fast. V 399, Her. III 145, Phars. III 463, Theb. VIII 419].

292. *Praedonis Phrygii* i. e. Paridis, cf. Aen. XI 484 Frange manu telum Phrygii praedonis, VII 362, Met. V 521, Ach. I 45, Baehr. P. L. M. V p. 393 v. 67, Dracont. VIII 1 Troiani praedonis.

293. *lorica . . . septemplice tergo* (Pun. V 318), 612 *clipeo septemplice* (Aen. XII 925, Met. XII 97, XIII 2, 347, Am. I 7, 7).

294 sq. *Insequitur iuxta clamor; tum adversus uterque Constitit* (Aen. I 87 Insequitur clamorque virum, XII 756 Tum vero exoritur clamor; V 426 Constitit in digitos extemplo arrectus uterque, Theb. I 412).

295 sq. *galeam galea terit et pede plantam Coniungit stridetque mucro* ***mucrone corusco***[1]). cf. Ep. 955 sq. *ensem terit horridus ensis Conlatusque haeret pede pes et* ***dextera dextrae.*** [Met. VI 447, Her. II 31, ex P. IV 7, 43], Enn. Ann. 498 Et pede pes premitur atque armis arma teruntur, Aen. X 361 haeret pede pes densusque viro vir, Fur. Ann. IV Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir, Met. IX 43 sqq. eratque Cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus Et digitos digitis et frontem fronte premebam, Theb. VIII 398 sq. Iam clipeus clipeis, umbone repellitur umbo, Ense minax ensis, pede pes et cuspide cuspis, Pun. IV 352 sq., IX 322 sqq. *galea horrida flictu Adversae ardescit galeae, clipeusque fatiscit Inpulsu clipei atque*

---

[1] [Aen. II 333, Theb. I 614, IX 542, X 774, Dracont. II 25; cf. Pun. II 242 sq. *rotatque coruscum Mucronem*].

ensis contunditur ense; Pes pede virque viro teritur, Ep. 744 sq. *ferro ferrum sonat, undique flictu Inter se strident mucrones* (Enn. Ann. 390 Tum clipei resonunt et ferri stridit acumen, Ann. 451 sq. tinnit hastilibus umbo, Aerato sonitu galeae, Aen. IX 667 Dant sonitum flictu galeae).

298 sq. *Non aliter fortes nitida de* ***coniuge tauri Bella gerunt*** [Aen. I 48, Met. XI 491, XIII 613, XIV 776, Phars. II 443, IV 662, VII 549, VIII 386, Theb. VII 464].

Met. IX 46 sqq. Non aliter vidi fortes concurrere tauros, Cum pretium pugnae toto nitidissima saltu Expetitur coniunx, Am. II 12, 25 Vidi ego pro nivea pugnantes ***coniuge tauros,*** Aen. XII 715 sqq., Theb. IV 397 sqq., VI 864 sq.

300. *captabant pectora ferro* (cf. Met. IX 37 modo cervicem modo crura micantia *captat*).

301. *memor . . . raptae sibi coniugis instat* (Met. V 10 adsum praereptae coniugis ultor).

304 sq. *Splendidus extremas galeae percussus ad oras*
Dissiluit mucro, gemuerunt ***agmina Graium*** [Theb. VIII 468].

Cf. Ep. 963 *Dissiluit mucro* (cf. Aen. XII 740 sq. Mortalis mucro . . . . ictu Dissiluit), *gemuerunt* ***agmina Troum*** [Ep. 281, 339, cf. Aen. V 675], 607 sq. *Sed levis extremas clipei perlabitur oras Cuspis* (Aen. I 147 Atque rotis summas levibus perlabitur undas, Pun. IV 290 sq. *fugit illa per oras Multiplicis lini,* II 449 *Extrema clipei . . . in ora*) *et exiguo cervicem vulnere libat* (cf. Pun. XVI 110 sq. *Ni perlapsa viro loricae tegmine* (malim *foret* pro *viro* et *tegmina*) *arundo Et parco summum violasset vulnere corpus,* IX 523, V 273; Aen. XII 376 sq. summum degustat vulnere corpus Lancea, XI 591, 848 (quicunque sacrum) violavit vulnere corpus, XII 797, Met. XIII 279; Ep. 584 *Quique manum Veneris violavit vulnere tristi*).

306. ***Tum vero ardescit,*** *quamvis manus ense carebat,* cf. 141 sq. ***Tum vero ardescit*** *conceptis litibus ira, Vix telis caruere manus* (Met. XIII 203 Vix tenuere manus), 441 ***Tum vero ardescit*** *iuvenis Calydonius ira* (Aen. II 105 ***Tum vero ardemus,*** V 172 ***Tum vero exarsit*** iuveni dolor, XII 494 Tum vero adsurgunt irae, Met. V 41 Tum vero indomitas ardescit vulgus in iras, Dracont. VIII 285, 291, Aen. IX 66 Ignescunt irae, VII 445 exarsit in ras, Met. II 602 tumida fervebat ab ira).

311. ***Ultimus ille dies*** *Paridi foret* (Aen. IX 759 ***Ultimus ille dies*** bello gentique fuisset, II 248 sq. quibus ultimus esset Ille dies, Phars. VI 312 Ultimus esse dies potuit tibi, Roma, malorum, Aviti poem. IV 428 ***U. i. d.*** iam nunc dabit omnia leto; cf. Pun. VII 9 sqq.).

Aen. XII 861 Postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni (I 456). Aen. XII 725 sqq. Iuppiter ipse duas aequato examine lances Sustinet et fata inponit diversa duorum, Quem damnet labor et quo vergat pondere letum, Aen. X 2 sqq., Incerti carm. de ponder. 136 sqq.

659. *ingenti* ***concitus ira,*** 754 ***acri c. i.*** [Hal. 39], 747 *ferventi* . . . ***concitus ira*** [Aen. IX 694, Met. VII 413, Phars. IV 688, IX 509, Theb. II 132, XII 589, Pun. VI 234 ***incitus ira;*** Ep. 943 *concitat ira,* Aen. V 454 suscitat ira, cf. Lucr. V 399].

668 sq. ***Telum inmane manu quatiens*** [Aen. XI 552, XII 442; Theb. IX 802 ***Telum inmane*** rotat], *quem maximus Hector Occupat* (Ep. 674 sq. *quem saxo Troius heros Occupat*). — **671.** *spargitque leves in* ***terga sagittas*** [Fast. V 591, Phars. I 230, Claud. Rapt. Pros. II 32; cf. Met. XII 595 sq., Pun. VII 646]. — **672.** *Gorgythiona ferum letali* ***vulnere fundit*** (Aen. IX 580 letali vulnere rupit, Pun. I 286, IV 172), 748 *Antiphon ingenti prostratum* ***vulnere fundit*** (781 *toto prostratum corpore fudit*), 811 *ingenti Sarpedona* ***vulnere fudit*** [Met. V 141, XIII 490; cf. *ingenti* ***vulnere victum:*** Aen. X 842, XII 640; Ep. 984 ***v. victi***].

---

[1]) Cf. Ep. 107 *Et dapibus divi curant sua corpora largis,* 695 *Et dapibus curant animos,* 687 *Nec dapibus relevant animos* (Fast. III 304) *nec* ***corpora curant*** [Lucr. II 31, Georg. IV 187, Aen. VIII 607; cf. Aen. III 511].

676. ***Ast illum fidi*** *rapiunt de* ***caede sodales*** [Ep. 844, 850; cf. Aen. X 386 morte s.]. Aen. V 468 sqq. ***Ast illum*** [Pun. I 448, 574] ***fidi*** aequales . . . Ducunt ad naves, Her. VI 135 rapui de caede Thoanta. — **681,** 930 *Confugiunt* (*Defugiunt*) *portasque obiecto* ***robore firmant*** [Phars. II 245; cf. Pun. VIII 446 *firmarunt robore castra,* IV 23 sq. *robora portis . . . arcessere,* Ep. 649 *vallum robore cingunt* (Met. XIII 212 fossas munimine cingo)].

682 sq. *At Phryges obsidunt inclusos aggere Graios*
Excubituque premunt muros flammisque coronant.

Aen. IX 159 sq. Interea vigilum excubiis obsidere portas . . . et moenia cingere flammis, IX 380 omnemque aditum custode *coronant* (Theb. II 526, X 531 sq.).

684. *Cetera per campos sternunt sua corpora pubes* (Aen. II 477 sq.) *Indulgentque mero* (Aen. IX 164 sq. fusique per herbam Indulgent vino) *curasque animosque resolvunt* (Georg. I 302 curasque resolvit, Met. X 368 sq. curasque et corpora somnus Solverat, Lucr. IV 907 sq.; Pun. XVI 228 *dura in noctem curarum vincula solvunt*).

686. ***discrimine tanto*** [Aen. III 629, Arg. VII 631; cf. Aen. III 685 d. parvo]. — **688.** *tamen* ***hoste repulso*** [Fast. VI 393], num *et ab hoste repulsi*? Baehrensius in adnot. suspicatur *ortuque* vel *Phoeboque reducto* (Arg. V 328 iam luce reducta). — **692 sq.** *redditus ignis* (Am. III 9, 56 dum tuus ignis eram) *Aut intacta suo Briseis corpore* (R. A. 783 nunquam tactam Briseida iurat).

696. *tarde labentibus astris* (Trist. III 3, 11 sq. labentia tarde Tempora, Lucr. I 2 caeli subter labentia signa, Aen. III 515, IV 524, Fast. III 113, Manil. Astr. II 26). — **697 sq.** *Restabatque super tacitae* (Ep. 700, Aen. II 255, IV 525 sqq., Met. IV 84, Tib. I 5, 16) *pars tertia noctis, Cum* (Theb. X 326 sq. Quarta soporiferae superabant tempora nocti, Cum).

699 sqq. *Egreditur sociumque sibi delegit Ulixem,*
Qui secum tacitae ***sublustri noctis in umbra***[1])
Scrutetur studio, quae sit fiducia Troum
Quidve agitent quantasve parent in proelia vires.

Met. XIII 240 sqq. socio semper confidit Ulixe. Est aliquid, de tot Graiorum milibus unum A Diomede legi! Aen. II 75 memores, quae sit fiducia capto (IX 188). Pun. VII 346 *Quaenam agitent, pandunt,* Orest. trag. 631—637. — **703 sq.** ***Dumque iter horrendum*** *loca per deserta* (ita scripsi pro *non nota,* quod apud Baehrensium legitur, Muellerus *nocturna,* codices *notata* (*noctata* L, *nocturna* B, *secreta* G, *montana* cod. Moguntiacensis Nr. 9 [41], quem ipse contuli) *paventes Carpebant* (Met. XIV 122 ***Dumque iter horrendum*** per opaca crepuscula carpit, Phars. VI 572 sq. deserta per arva Carpit iter). — **704.** ***Troia pubes*** [Aen. V 599, VII 521], 789, 837 *Priameia* p., 905 ***Dardana pubes*** [Aen. VII 219]. — **705 sq.** *ut Danaum sollerti* ***pectore vires*** [Arg. VI 603, Theb. II 327] *Perspiceret* (Aen. XII 349 (de Dolone) castra ut Danaum speculator adiret, Met. XV 65 vigili perspexerat omnia cura). — **708 sqq.** *Abdiderunt occultantes sua* ***corpora furtim*** [Aen. II 18 sq. ***corpora furtim*** Includunt caeco lateri] Post densos frutices (Cul. 48 sq.), *dum spe percussus inani* (Aen. IX 197, Georg. II 476 laudum (ingenti) percussus amore) *Tros*

---

[1]) [Aen. IX 373; VI 268; Lucr. IV 537, V 973, Ib. 153, Theb. V 64; cf. Georg. I 366 Aen. IX 314, Pun. III 139].

Eumediades (Aen. VI 126 Tros Anchisiade, VI 52) *cursu praecederet illos* (713 *evadere cursu*, Aen. XI 702 cursu evadere pugnae), *Ne facile oppressus gressum in sua castra referret* (Pun. VI 499 celerem gressum referebat ad undas, 437; Aen. XI 99 gressumque in castra ferebat, Fast. II 502). — **712.** *fidens animoque manuque* (Aen. II 61 fidens animi, Met. VIII 370, Hal. 63, cf. Aen. XII 348 (de Eumede, Dolonis filio) Nomine avum referens, *animo manibusque* parentem). — **715 sq.** *Ille timore pavens* (Met. XIII 230): *vitam concedite, dixit* (Met. V 221 sq. nihil, o fortissime, praeter Hanc animam concede mihi [cf. Ep. 724], Ep. 725 — *pro concessa . . . salute* [ex P. IV 8, 36 — pro concessa . . . salute]) *Hoc unum satis est* (Aen. III 602, Pun. VI 501, VII 38); *quodsin perstatis in ira* (Pun. I 692, ex P. I 4, 44). — **720.** *Si vestras fregisset opes* (*cepisset* libri, *fregisset* coniecit Kootenus, cf. Am. II 14, 13 Quis Priami fregisset opes, I 9, 34 Argolicas frangite, Troes, opes, Aen. II 170). — **721.** *coram quod cernitis ipsi* (Aen. II 538 coram me cernere letum).

722 sqq. *nunc vos per numina divum,*
Per mare, per Ditis fluctus obtestor opaci[1]),
Ne rapere hanc animam crudeli caede velitis.

Trist. II 53 Per mare, per terras, per tertia numina iuro, Theb. I 290 sq. Horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris Obtestor. — Arg. I 749 Quin rapis hanc animam, Met. VI 539 sq. Quin animam hanc . . . Eripis?, Aen. X 348, 597 sq.

727 sqq. *postquam quid* ***Troia pararet,***
Cognovere viri, fauces mucrone recluso (Aen. IX 423 ense r.)
Pertundunt iuveni: post haec ***tentoria Rhesi***
Intrant atque ipsum ***somno vinoque sepultum***[2])
Obtruncant spoliantque armis ***fusosque per herbam***[3])
Exanimant socios, tum tristi ***caede peracta***[4])

Met. XIII 244 sqq. Dolona Interimo; non ante tamen, quam cuncta coegi Prodere, et edidici, quid perfida ***Troia pararet.*** Omnia cognoram, nec, quod specularer, habebam Et iam promissa poteram cum laude reverti (cf. Ep. 739). Haud contentus eo petii ***tentoria Rhesi*** [A. A. II 137] Inque suis ipsum castris comitesque peremi.

733 sqq. *multo candore nitentes* (Aen. XII 84 Qui candore nives anteirent, cursibus auras) ***Thracas equos*** [Arg. I 611; cf. Met. IX 194, Theb. VI 486] *rapiunt, quos nec praecederet Eurus Nec posset volucri cursu superare sagitta* (Aen. V 242 sq. illa noto citius volucrique sagitta (Ep. 478 *v. . . . telo*, cf. Trist. III 10, 64 v. ferro, Arg. II 524 telo v.) Ad terram fugit, Trist. I 10, 5 volucri contenta est vincere cursu, Pun. XIII 194 sq. *cursu plantaque volucri Praestabat*, XVII 588 *volucrique fuga*).

---

[1]) num *opacos*? cf. Cul. 372 sq. Ditis opacos Cogor adire lacus, vacuos a lumine Phoebi (Aen. VI 534), cf. Met. X 20, Theb. I 294, Sen. Med. 741, Herc. fur. 707. Met. II 274 ubi Tellus nominatur *opaca mater* (cf. Met. IV 438 nigri . . . Ditis, Pun. VIII 116, Theb. II 49 *nigrique Iovis*).

[2]) Enn. Ann. 318 vino domiti ***somnoque sepulti*** [Lucr. I 133, V 975], Aen. III 630 expletus dapibus vinoque sepultus, II 265 Incedunt urbem ***somno vinoque sepultam,*** Aen. IX 189, 236, Fast. II 333 somno vinoque soluti, Met. III 608 mero somnoque gravis.

[3]) [Aen. I 214, V 102, IX 164, Georg. II 527; cf. Aen. IX 316 sq., Met. III 438].

[4]) [Aen. IX 242, Phars. II 203, 517, VII 120; cf. Theb. VIII 572 sq. peracta Caede redit].

746. *mixtusque fluit cum sanguine sudor* (Fast. I 577 mixtosque vomit cum sanguine fumos, Theb. VIII 713 permixtus sudore et sanguine torrens).

751. *ferit; **ille dolore*** [Met. XII 473 furit ***ille dolore***]. — **757.** *contento* (Ep. 346, 439, Pun. VII 659) ***vulnerat arcu*** [A. A. I 21]. — **753.** *traxitque* (malim *poscitque*) *ferox cum **vulnere poenas*** [Met. XIV 477], cf. Aen. II 72 Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt (Enn. Ann. 101 calido dabi' sanguine poenas, Aen. II 366, IX 422 sq., Tib. I 9, 13, Propert. II 5, 3; Ep. 851 sq. *magnoque meo, violente,* (Ib. 29, Tib. IV 2, 3, Theb. II 466) *dolori Persolves poenas*).

759. *Viribus exhaustis* (Met. I 543 V. absumptis), 929 *exhausta paene salute* (Aen. I 555, cf. Met. I 443 exh. paene pharetra). Pun. X 378 *exhaustas saevo certamine vires,* XVI 381 sq. *Sensit ut exhaustas ... vires*, Propert. IV 12, 2 exh.... opes. — **762.** ***Inrumpunt aditus*** [Aen. IX 683; cf. Ep. 768 *Ascenduntque aditus*] . . . ***in limine primo*** [Pun. V 26, VI 436, XVI 229, Aen. II 485, VI 427, XI 423, Arg. III 679, Theb. II 314, X 496, Ach. I 119]. — **763 sq.** *valloque catervas Deturbant, alii **scalas in moenia poscunt*** [Aen. IX 524 Rescindunt vallum et ***sc. in m. p.***]. — **767.** *Saxa volant,* (Aen. I 150, Phars. VII 512 Iamque (Inde) faces et saxa volant) *subeunt acta* (Muellerus et libri *facta,* solus G recte *acta*) *testudine Troes,* cf. Aen. II 441 obsessumque acta testudine limen, IX 505 Accelerant acta pariter testudine Volsci, Pun. I 365 *condensis actae testudinis armis.* — **777 sq.** *tum **fervidus hasta*** [Pun. I 386, V 320] *Deiphobus ferit Ascalaphum* (Aen. XII 293 sq. tum fervidus advolat hasta Messapus teloque orantem ... ferit). — **783.** *Xanthi lavere* fluento (Aen. IV 143 Xanthique fluenta). — **784.** *fit maxima caedes* (Aen. II 411, XI 885 oriturque miserrima caedes, cf. Arg. IV 455 surgitque miserrima pugna). — **789.** ***Penelei dextra*** [Aen. II 425]. — **791 sq.** *cedit . . . **Pulsa metu*** [Aen. V 394 sq. gloria cessit ***Pulsa metu***]. — **792.** *muros **aggere saeptos*** [Aen. XI 398 Inclusus muris (Ep. 663 *muris inclusus Atrides*) hostilique ***aggere saeptus*** (Ep. 682 *inclusos aggere Graios*), Pun. I 331 *claudi videt aggere muros*, cf. Phars. VI 69 saeptas videt aggere terras]. — **794.** ***Advolat interea*** [Pun. V 344].

800 sq. ***Stans prima in puppi*** [Aen. III 527], *clipeoque incendia saeva*
*Sustinet et solus defendit **mille carinas.***[1])

Aen. X 261 sq. Stans celsa in puppi, (Pun. XV 158 *prima stans Scipio puppe*) clipeum cum deinde sinistra Extulit. Aen. IX 77 sq. saeva incendia Teucris Avertit, Cul. 320 sq., ex P. IV 7, 41 sq. Aiax Dicitur Hectoreas sustinuisse faces, Met. XIII 7 sq. At non Hectoreis dubitavit cedere flammis, Quas ego sustinui, quas hac a classe fugavi, XIII 93 mille meo protexi pectore puppes.

802 sq. *Hinc iaciunt Danai robustae **cuspidis hastas*** [Pun. VI 215, Met. V 9, VI 78, Her. III 119: *immensae* (aeratae, acutae) ***c. h.,*** Met. VII 131 ***c. h.***], *Illinc ardentes taedas Phryges undique iactant* (Aen. IX 568 Ardentes taedas alii ad vestigia iactant).

---

[1]) [Pun. III 229, Aen. II 198, IX 146, Met. XII 37, XIII 182, Phars. IX 32, Ach. I 34; cf. Pun. XV 277 sq. *Mille Mycenaeus qui traxit in aequora proras Rector,* VIII 621, Met. XII 7].

804. *Per vastos sudor pugnantum defluit artus*, Pun. I 526 *Iamque agitur largus per membra fluentia sudor*, VIII 186; Aen. II 173 sq. salsusque per artus Sudor iit, Am. III 14, 38; Met. IX 173; Aen. V 200 sudor fluit undique rivis (Pun. X 182 sq. *vomit ille canentem Sanguinis . . . rivum*, Ep. 782 sq. *vomentem Sanguineos fluctus*).

805. *Non valet ulterius* (Met. III 487 Non tulit u., XII 132 Haud tulit u.). — **806 sq.** *armis munitus Achillis Provolat* (Met. XII 457 Provolat Emathii spoliis armatus Halaesi) *et falsa conterret imagine Troas* (Met. II 37, I 213), cf. Ep. 813 *Proeliaque horrendi sub imagine versat Achillis* (Met. XIII 273 sq. Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis Troas), 833 *Pugnantem falsis . . .* ***deprendit in armis*** [Pun. VI 619] (Her. I 17 Menoetiaden falsis cecidisse sub armis).

808. ***animoque fremebant*** [Aen. IX 703, XII 371; XII 535].

812. *Et nunc hos cursu nunc illos praeterit ardens* (Muellerus minus bene *curru* et *proterit*, cf. Aen. IV 157 iamque hos cursu, iam praeterit illos, cf. Pun. XVI 502 *Iamque hos iamque illos . . . relinquit.* Poeta significat Patroclum infrenato quasi et ardenti studio fugientes Troianos persequi.).

818 sqq. *Huc age nunc converte gradum* (Aen. V 162, XI 855), *fortissime Achilles:*
Iam nosces, *ultrix quid Troica* ***dextera possit***
Et quantum bello valeat ***fortissimus Hector*** [Dracont. VIII 83].
Nam licet ipse suis Mavors te ***protegat armis,*** [Pun. XII 263]
Invito tamen haec perimet *te dextera Marte.*

Aen. XI 708 ***Iam nosces,*** ventosa ferat cui gloria fraudem, XI 386 sq. possit quid vivida virtus, Experiare licet, Met. XII 70 sq. Nec Phryges exiguo, quid Achaica ***dextera posset,*** Sanguine senserunt, XIII 11 sq. quantumque ego Marte feroci Inque acie valeo, Pun. I 480 *Iam noscas, quid vana queant et vester Iberus*, Pun. V 120, IX 536 sq., Caes. bell. Gall. I 36, 7. Met. VIII 394 sq. Ipsa suis licet hunc Latonia ***protegat armis, Invita tamen hunc perimet*** mea dextra Diana, Pun. II 230 *Hac abigam Poenos dextra.*

826 sq. (hastam) *prolapsam celer excipit ictu Patroclus redditque vices* (Met. XIV 36) *et mutua dona* [Aen. X 881 sqq. Desine, nam venio moriturus et haec tibi porto Dona prius. dixit telumque intorsit in hostem, Met. IV 655, Arg. I 550 sq.

831. *Mentitos vultus simulati pandit Achillis*, cf. 824 *Ut quem mentitur verus credatur Achilles* (Sen. Troad. 447 Vera ex Achille spolia simulato tulit).

837. *Oppositoque tegit clipeo* (Aiax Patrocli corpus), cf. Met. XIII 75 (Aiax de se) Opposui molem clipei texique iacentem. — **839.** *cum pube suorum* (Aen. I 399 pubesque tuorum). — **840.** *in castra ferunt* ***miserabile corpus*** [Aen. XI 59 sq. tolli ***m. c.*** Imperat, Met. IV 158, Theb. X 409; Ecl. V 22].

841. *Hic Pelidae aures ut dirus verberat horror.* Ita scripsit Baehrensius, *a. ut P. devenerat horror* Muellerus, *ut P. devenerat h. ad a.* Kootenus, *ut P. a. d. h.* Schenkelius. Codicum lectionem (*Hic ut pelides aures diverberat horror*) secutus corrigere ausus sum *Hic ut Pelidae gravis aures verberat horror*, cf. Aen. VIII 582 sq. *gravior* neu nuntius aures Vulneret (Pun. VI 80), Plaut. Amphitr. 333 vox auris verberat, Orest. trag. 396, Aviti poëm. I 151, Arg. VIII 134 Interea

patrias saevus venit horror ad aures, Theb. I 590 sq.; IX 35 sq. (fama) trepidas lapsa est Polynicis ad aures. Diriguit iuvenis lacrimaeque haesere paratae (Ep. 842 ***Palluit infelix*** *iuvenis,* ***calor ossa reliquit*** [Aen. III 308, IX 475; III 57 pavor ***o. r.;*** XI 819 color ora reliquit, cf. Pun. VII 703 ***Palluit infelix*** *subducto sanguine Maurus* (Met. VII 136)]. — **848.** ***atque oscula figit*** [Pun. XI 331, Lucr. IV 1179, Aen. II 490, Met. IV 141, Theb. XII 27, Cir. 253; cf. Phars. VI 565].

854. *accensus furiis* (Aen. XII 946 f. a., cf. III 331 f. agitatus).

857. *Excitat Aetnaeos* (Pun. VIII 653 *Aetnaeos . . . ignes,* IX 448 sq., cf. Her. XV (Sapphus) 12, Fast. I 574, Theb. XI 68, Aen. VIII 419 sq.) *calidis* ***fornacibus ignes*** [Lucr. VI 681 vastis Aetnae fornacibus —◡, Aetna 1 Aetna mihi ruptique cavis ***fornacibus ignes*** (Georg. I 472, Met. XV 340), Georg. IV 263 Aestuat ut clausis rapidus ***fornacibus ignis***]. — **859.** *Mox effecta refert divinis artibus arma* (Aen. VIII 612 sq. En perfecta mei promissa coniugis arte Munera, Theb. VII 61 sq. talem divina Mulciber arte Ediderat). — **861.** *in clipeum vultus convertit atroces* (cf. Aen. VIII 617 sq.).

862 sqq. *Illic Ignipotens* ***mundi*** *caelaverat* ***arcem***[1])
Sideraque et liquido redimitum lumine Olympum
Omnes et terras et cinctum Nerea circum;

Aen. VIII 626 sqq. Illic res Italas . . . Fecerat Ignipotens . . . (630) ***Fecerat et*** [Ep. 873] . . . (637) ***Addiderat*** (Ep. 871). Met. II 5 sqq. Mulciber illic Aequora caelarat medias cingentia terras Terrarumque orbem caelumque, quod inminet orbi, XIII 110, 292, Prisc. carm. II 8 Oceanum, tellus quo cingitur aequore tota, 10, 405, Pun. VII 120 sqq.

865. ***Astrorumque vices*** (Aetna 235, Sen. Troad. 1151) *dimensaque tempora noctis* (Theb. III 558 ***Astrorumque vices*** numerataque semita Lunae).

867. *Et quantum occasus roseo distaret* (Met. III 145, 151 sq.) *ab ortu* (Met. II 112 sqq. rutilo patefecit ab ortu Purpureas Aurora fores et plena rosarum Atria, Pun. I 196 *roseos . . . ad ortus,* Fast. II 74, IV 714, Propert. IV 24, 7, Nemes. Ecl. II 75. — **868 sqq.** ***Lucifer unde*** *suis, unde Hesperus* ***unus uterque*** (Aetna 243 ***Lucifer unde*** micet, quave Hesperus, unde Bootes, 168 Hinc furtim Borea atque Noto, nunc ***unus uterque,*** Sen. Phaedr. 751 sq. Hesperus pulsis iterum tenebris Lucifer idem) *Exoreretur equis* (ex P. II 5, 50 Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis, Met. XV 189 sq., Trist. III 5, 56, Fast. II 314, Theb. II 139, VI 240) *et quantus in orbe mearet* (Lucr. I 128, Met. XV 71, Aetna 231 sqq.)[2]) *Luna cava et nitida* ***lustraret lampade***[3]) ***terras*** [Aen. IV 6, VII 148; cf. Pun. VIII 174 *Lunaque fraterno lustrabit lumine terras*].

871 sqq. *Addideratque fretis sua numina, Nerea magnum* (Am. II 11, 39), ***Oceanumque senem*** [Met. II 510; cf. Fast. V 168] *nec eundem Protea semper* (cf. Pun. VII 423 sqq., 436, Georg. IV 405 sqq., Met. VIII 730 sqq., Horat. Epist. I 1, 90, Arg. II 318), *Fecerat et liquidas*

---

[1]) Cf. Met. I 27, 163, II 306, Fast. V 41, Am. III 10, 21.

[2]) L. Muellerus post 869 lacunam unius versus statuit, malim pro *quantus* scribere *qualis.*

[3]) Cf. Ep. 130 *Interea lucem terris dedit* ***ignea lampas,*** Pun. I 359 *Ad terram caelo decurrens* ***ignea lampas,*** 193 *lampade Phoebi,* XII 574 sq. *primaque rubescit Lampade Neptunus,* 648 *attollens rutilantem lampada Titan.* Georg. IV 426 sol igneus, Phars. I 75 sq. ignea . . . astra.

(Met. I 704 liquidas . . . sorores i. e. nymphas) *mira Nereidas arte Tritonesque feros et amantem Dorida fluctus* (cf. Pun. X 533 *amantem litora pinum*). Met. II 8 sqq. Caeruleos habet unda deos, Tritona canorum . . . Proteaque ambiguum . . . Doridaque et natas.

875 sq. *Terra gerit silvas* (Met. XI 615 Silva gerit frondes) *horrendaque* ***monstra ferarum*** [Aen. VI 285, Met. XIV 414] Fluminaque et montes cumque altis oppida muris [Aen. VIII 355 disiectis ***o. m.;*** cf. Met. XIII 292 cumque alto sidera caelo, III 61 sq.]. Met. II 15 sq. Terra viros urbesque gerit silvasque ferasque Fluminaque et nymphas et cetera numina ruris. — **877 sqq.** *In quibus exercent leges annosaque iura Certantes populi* (Aen. I 507 Iura dabat legesque viris); *sedet* (Pun. VII 437 *Phrygia cum* ***sedit*** *in Ida* [Paris iudex], VII 470) *illic* ***aequus utrisque*** [Sedul. Pasch. carm. V 210 sq. ***aequus utrumque*** Iudex . . . tuens] *Iudex et litem discernit* ***fronte serena*** [Pun. III 298, XI 367, Sedul. Pasch. carm. II 80, Baehr. P. L. M. V p. 87, v. 47; cf. Pun. XVI 191 *mente serena,* 233 *vultuque sereno*, VII 461 sq. *pacemque serenis Condiscens oculis*, XIV 80 sq. *tractare sereno Imperio vulgum*].

880 sqq. *Parte alia resonant castae paeana* (Theb. VIII 224 res. p. ⏑ — ⏑, IV 157) *puellae* (Met. II 711 castae de more puellae) *Dantque choros molles, haec dextra tympana pulsat* (Met. IV 29 impulsaque tympana palmis, Catull. 64, 261, Propert. IV 16, 33), *Illa lyrae graciles extenso* ***pollice chordas*** [Met. V 339, X 145; Am. II 4, 27 querulas habili percurrit ***p. ch.,*** Tib. II 5, 3, Ach. I 187, Dracont. IX 205) *Percurrit septemque* (Krafftius *septem illa,* Schenkelius *septemve*) *modos* ***modulatur avenis***. [Ecl. X 51, Tib. II 1, 53].

885. ***Rura colunt*** [Met. XV 367]. — **886.** *Maturasque metit robustus* ***messor aristas*** [Pun. I 61 *flavas bis tondet* ***m. a.*** Met. XI 614 ***messis a.,*** Fast. V 357 maturis albescit ***messis a.,*** Incerti carm. buc. II 25 (Baehr. P. L. M. III p. 64), Dracont. X 579 ***m. a.***]. — **887.** *Et gaudet pressis inmundus* ***vinitor uvis*** [Ecl. X 36 maturae ***vinitor uvae,*** cf. Met. II 29 Stabat et Auctumnus calcatis sordidus uvis, Sedul. Pasch. carm. I 91 Sordidus inpressas calcabit ***v. u.***]. — **880.** *Tondent* (Georg. I 15, Cul. 50) *prata greges, pendent in* ***rupe capellae*** [ex. P. I 8, 51 pendentes . . . ***rupe capellas,*** Aviani fab. 26, 1, cf. Phars. I 435, Mart. XIII 99, Dracont. VIII 408 sqq.].

895 sq. *contra Cythereius heros Concurrit, sed enim* ***non dis, non viribus aequis*** (ita hunc versum restituit Muellerus, cf. Aen. V 808 sqq. Pelidae tunc ego forti Congressum Aenean ***nec dis nec viribus aequis*** Nube cava rapui, Auson. Perioch. 20 tum Aeneam, *diis et viribus iniquis* cum Achille congressum, . . . nube circumdatum Neptunus eripuit, Auson. Epitaph. 19 Hectore prostrato ***nec dis nec viribus aequis*** [***viribus aequ***—: Aen. X 357, 431, XII 218, 230, Arg. V 284, Aviti poem. II 301] Congressus saevo Troilus Aeacidae). — **897 sq.** *ira coegit Conferre . . . arma* (Phars. IV 709 ira vetus concurrere cogit).

899 sqq. *Quem nisi servasset magnarum* ***rector aquarum*** [Arg. I 188; cf. Aen. VIII 77 regnator aquarum, cf. Met. I 315, IV 532 sq., IV 798, XI 207], *Ut profugus laetis Troiam repararet in arvis* (Pun. I 42 sq. *Intulerit Latio . . . Troius . . . Exsul Dardaniam,* Aen. I 68 Ilium in Italiam portans, Fast. IV 251 Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Met. XV 442 sq. Pergama rapta feres, donec Troiaeque tibique Externum patria contingat amicius arvum, Dracont. carm. VIII 265 gentis reparator et urbis, 282) *Augustumque genus claris* (Pun. XI 461 clara inter

sidera) *submitteret astris* (Met. XV 846 animam caelestibus intulit astris, cf. Aen. VI 790 sq.), *Non clarae gentis* (Ep. 985) *nobis mansisset origo* (Pun. XIV 93 sq. *materna . . . Pyrrhus origo dabat stimulos*, Aen. XII 166 Aeneas, Romanae stirpis origo, I 286, Her. IV 55, Pun. V 563 sq.).

905. *Sanguinis Hectorei sitiens* (Pun. I 60 *Sanguinis humani flagrat sitis*, cf. Ep. 502) — **907.** ***Auxiliumque petit*** [Met. XIV 461]. — **909.** *stringuntur* ***sanguine ripae*** (Pun. II 6 *maculavit* ***s. ripas,*** VI 297, 706 ***s. r.***; Aen. VIII 62 sq. pleno quem flumine cernis Stringentem ripam (Pun. IV 350, XVI 477)). — **913 sq.** ***Ut fera terribili*** *miscentem* ***proelia dextra*** [Pun. IV 425, V 195, 643] (Met. II 61 ***Qui f. t.*** iaculatur fulmina dextra) *Obruat Aeaciden* (Aetna 72 Obruat Enceladum).

915 sqq. *Exspatiatur aquis* (cf. Met. II 202 Exspatiantur equi, XV 454, I 285 Exspatiata ruunt per apertos flumina campos, Aetna 212 exspatiata ruunt incendia montis) *et vasto gurgite* (Pun. V 4, Aen. III 197 g. v., Prisc. carm. II 22 sq.) *praeceps Volvitur atque virum torrentibus* (ex P. II 3, 21) *inpedit undis* (Pun. III 52 *torrentibus ingruit undis*, Theb. IX 455 sqq.) *Praetardatque gradus* (Theb. II 671 Tardatique gradus).

918 sqq.

Contra pugnat aquas adversaque flumina rumpit
Et modo disiectos umeris modo ***pectore vasto*** [Aen. V 434]
Propellit fluctus. quem longe provida Iuno
Asservit, rabidae qua cederet ictibus undae.[1])

Pun. IV 651 sq. *Arduus adversa mole incurrentibus undis Stat ductor clipeoque ruentem sustinet amnem*, Theb. IX 471 sq. venientesque obvius undas Intrat et obiecta dispellit flumina parma).

922. *Sanctaque . . . numina divum* (Lucr. VI 70 deum . . . numina sancta, Aen. III 543). — **924.** Horridus Aeacides (Theb. XII 769 H. Aegides). — **928.** *Percussi dubitant* ***trepida formidine Troes*** (Aen. IX 756 Diffugiunt versi ***tr. f. T.,*** 169 sq. trepidi formidine portas Explorant, Met. II 66 pavida trepidat formidine pectus, Trist. III 10, 67 trepidant formidine belli, Arg. III 623 dubiis variantia (certo scribendum est *trepidantia*) pectora curis, Pun. II 234).

933. *Nec patriae tenuere preces, quin* ***obvius iret*** [Pun. VII 697, Ach. II 240], cf. 1023 sq. *nec magni* ***gloria regni*** [Lucr. II 38] *Oblitum tenuit vitae, quin iret inermis* (Phars. IX 748 sq. (non tenuere virum, quin spargere signa Auderet).

935. *tectum* ***caelestibus armis*** [Aen. XII 167, Arg. VI 485; cf. Pun. IV 462 sq. *tectus Caelesti clipeo*]. — **939.** *In somnis veluti* (Aen. XII 908 sqq. Ac velut in somnis etc., III 151 In somnis), *cum pectora terret imago* (Lucr. IV 770 Nam fit, ut in somnis facere hoc videatur imago, Theb. II 349 sq. turbida noctis imago Terret).

943. *Nec requies aderat: timor hinc, hinc concitat ira* (Aen. XII 108 suscitat ira). Malim *timor hunc, illum incitat ira* (codices exhibent *timor undique concitat iras*), cum *hinc, hinc* iustam moveat suspicionem. Met. I 533 sqq. Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo Vidit et hic praedam pedibus petit, ille salutem . . . Sic deus et virgo est, hic spe celer, ille timore, . . . requiemque negat, III 205 pudor hoc, timor inpedit illud, Phars. VII 386 metus hos regni, spes excitat illos.

---

[1]) Muellerus *ne c. imbribus u.*, Rossbachius vult *quom* pro *ne* (*qua* L, *quia* FV, *quo* MN, *ne* G, *tandem* (del. m. 2) *quod* E). Malim *dum* (vel *quo* = ut? cf. Sedul. Pasch. carm. III 13) *cederet impetus undae.*

944. ***fata parentes*** [Pun. IV 457, Aen. XII 395, Theb. IV 231, Auson. epist. II 20]. — **945 sq.** *Pallentemque vident supremo in tempore natum* (Arg. V 22 sqq. Qualem praecipiti gravidum iam sorte parentem Natorum flet parva manus trepidique precantur, Duret ut invalidis et adhuc genitoris egenis: Haud aliter socii *supremo in tempore* Tiphyn Ante alios superesse volunt; mors frigida contra Urguet), *Quem iam summa dies* (Aen. II 324, Phars. VII 195 Venit summa dies, Am. III 9, 27) *suprema luce premebat* (Pun. XV 66 sq. *Quis luce suprema Dimisisse meas sero non ingemit horas?*, Phars. VII 185 quos lux extrema manebat).

947. *Huic* ***subito ante oculos*** *similis Tritonia fratri* (Pun. XII 324 *Ceu* ***s. a. o.*** *Pauli emersisset imago*, Aen. III 150; cf. Arg. VII 396 Hic ***s. a. o.***), cf. 936 ***Ante oculos*** *subito visa est* (Pun. I 632 ***A. o.*** visa est extrema precantis imago) ***Tritonia Pallas*** [Aen. V 704; *Tr. virgo:* Pun. XIII 57, Arg. VII 442, Silv. I 1, 37]. — **949.** ***se credidit armis*** [Aen. XI 114].

950. *Transtulit ad Danaos iterum sua numina Pallas* (Pun. IV 458 sq. *bis transtulit iras in Poenos Mavors*). — **952.** *vastis* ***intonat armis*** [Aen. XII 700; Pun. IV 253 *saevis . . . circumtonat* ***a.***, XIV 298, VII 174]. — **954.** *Alternisque feros vitant* (codices *ferox mutat*, malim *feros geminant*) *congressibus ictus* (cf. Theb. I 418 sq. Iam crebros ictus . . . ingeminant).

958 (hastam) *magnis . . .* ***viribus egit*** [Met. XIV 183]. — **966 sq.** *Nec sufferre valet ultra* (Cul. 386) *iam* ***sorte suprema*** [Aen. V 190; Pun. V 416 *morte s.*] *Instantem Aeaciden* (Aen. II 491 sq. Instat . . . nec claustra neque ipsi Custodes sufferre valent, XI 872 sq., XII 371).

968 sqq. *Dumque retrocedit fraternaque* ***rebus in artis*** [ex P. III 2, 25, Theb. XI 156; X 590, Arg. V 324, Aen. VI 91] *Respicit auxilia et nullam videt* ***esse salutem*** (Pun. XIII 262 *nullam docet* ***e. s.***, Claud. In Eutr. II 276 sq. spes nulla salutis, Nulla fugae (Aen. IX 131, X 121, Phars. X 538 sq.), Maxim. eleg. II 44], ***Sensit adesse dolos*** [Met. II 446 ***S. abesse d.***, Theb. VIII 526 Sentit abisse deum, X 285 ***Sentit adesse*** deam, I 97 ***S. a.*** dies), cf. Phars. VII 85 sq. sensitque deorum Esse dolos, Arg. IV 354, VI 467 S. Iuno (diva) dolos]; *quid agat?* (Met. II 187, 191, V 211, VIII 506) *quae numina supplex Invocet?* (Orest. trag. 860 sq., Repos. de conc. Mart. et Ven. 145 Quod numen poscat?) *et toto languescunt* ***corpore vires*** [Aen. V 396 frigentque effetae in ***c. v.***, ex P. I 4, 3 quasso languent in ***c. v.***, Ciris 448 fesso tandem fugiunt de ***c. v.***, Aen. V 475, Met. XIII 864, Fast. IV 541].

974 sq. *altos* (num *alto?* codex F praebet *alto*☰) *Corde petit gemitus* (Aen. X 464 sq. magnumque sub imo Corde premit gemitum (Orest. trag. 159), Met. I 656 sq. alto tantum suspiria ducis Pectore, II 621 sqq. gemitus . . . alto de corde petitos Edidit). — **976.** *tum* ***iacit hastam*** [Aen. X 891]. — **972.** *retinet vix* ***dextera ferrum*** [Pun. V 670 *premit omnis* ***d. f.;*** II 226].

979. *Tum sic amissis infelix viribus Hector* (Aen. I 474 sq. fugiens amissis Troilus armis Infelix). — **981.** *Quos pater infelix multo mercabitur auro* (Aen. I 484 Exanimumque auro corpus vendebat Achilles). — **982 sq.** ***Dona feres*** [Aen. I 679, XI 479] ***victor*** [Baehr. P. L. M. IV p. 218 v. 87]. *Priami nunc filius orat Te, primus dux ille ducum* (Vellei. I 1, 2 Agamemnon *rex regum* dicitur, Auson. epitaph. 2, 1, Orest. trag. 25, Aviti poem. V 420), Met. XIII 470 sqq. Priami vos filia regis, Nunc captiva, rogat: genetrici corpus inemptum Reddite, neve auro redimat ius triste sepulcri, Sed lacrimis: tunc, cum poterat, redimebat et auro.

984 sqq. *si nec precibus nec* ***vulnere victi*** [Maxim. eleg. V 45] *Nec lacrimis miseri nec clara gente moveris, Afflicti miserere patris* (Ep. 1034 *si nec precibus nec flecteris auro*, Aen. II 689 sq. precibus si flecteris ullis, Adspice nos, Met. II 293 sq. Quod si nec fratris nec te mea gratia tangit, At caeli miserere tui, Ep. 1032 *Et patris afflicti* (Ep. 1021) *genibus* ***miserere precantis*** [Aen. X 598; cf. ***m. parentis:*** Ep. 1038, Aen. XII 43, Orest. trag. 744, Sedul. Pasch. carm. III 108]), *moveat tua Peleus Pectora pro Priamo, pro nostro corpore Pyrrhus.* (Aen. X 524 sq., 932 sqq., Met. V 515 sq., Dracont. IX 192).

990. ***more ferarum*** [Pun. II 501, Lucr. IV 1264, V 932, Met. VII 387; cf. Met. XIV 778, Prisc. carm. II 182, 895, Pun. III 388]. — **991.** *Si sineret natura* (Met. X 304 Si tamen admissum sinit hoc natura), *meis absumere malis* (Aen. III 257). — **994 sq.** *Haec ex te capient Patrocli gaudia manes, Si capiunt umbrae* (Georg. IV 489 Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes, ex P. II 2, 100 Si quid habet sensus umbra, I 2, 113 sq., Phars. III 39, Theb. XII 214; Sen. Troad. 802 sq. si manes habent Curas priores nec perit flammis amor, Sen. Oct. 13; Epiced. Drusi 469 Haec sentit Drusus, si quid modo sentit in umbra, Arg. V 52, Orest. trag. 471 sq.). — **996.** *Ore truci iactat* (Pun. I 132 *iacet o. t.*). — **997.** *animi* ***nondum satiatus Achilles*** [Baehr. P. L. M. IV p. 263 v. 245]. — **998 sqq.** *pedibusque exsanguia membra Ter circum muros victor trahit* (Ep. 1006 *Ter circa tumulum miseros rapit Hectoris artus*, Pun. II 266 *Et rapto cineres ter circum corpore lustrat*, Cul. 324 Hectoreo victor lustravit corpore Troiam, Aen. I 483 Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros, Met. XII 586, Propert. IV 1, 28, Silv. IV 4, 104 sq.): *altior ipsos Fert domini successus equos* (Aen. XII 369, Theb. I 416, Pun. XVI 398 sq. *fertur sublime per auras Altius adtollens cervicem victor ovantem* (equus), 394 *Tollit se sonipes,* Silv. I 1, 46 sq. At sonipes . . . Acrius (num *Altius?*) adtollit vultus).

1004 sq. *defletum* (Aen. VI 220) ***corpus amici*** [Aen. I 486, Theb. IX 47] *Funerat Aeacides pompasque ac munera ducit* (Met. XIII 699 cineri materno ducere pompam, Georg. III 22).

1007. *Et varios cineri ludorum* ***indicit honores*** [Pun. VII 90, Aen. I 632, III 264; cf. Arg. III 357 Iamque solutus honos cineri, Aen. VI 213]. — **1014.** *turbis comitatus Achilles* (Fast. V 645 Alcides turba comitatus Achiva). — **1016.** *Troia sonat planctu* (Pun. VI 494, Met. III 702 sq.). — **1018.** *Andromacheque suas* ***scindit de pectore vestes*** [Ep. 846 *scindit firmas* ***de p. v.,*** Pun. XVI 436 *Auratam medio discindit* ***p. v.,*** Met. VII 848 ***scissaque a p. v.,*** XI 681 laniatque a ***p. v.,*** A. A. III 707 sq. tenues a ***p. v.*** Rumpit, Propert. II 5, 21 ***scindam de p. v.;*** cf. Pun. XIII 389, Aen. XII 609, Theb. IX 354]. — **1019.** *Heu tanto spoliata viro!* (Aen. III 317 sq. (de Andromache) Heu! quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit? (cf. Met. V 192 A tanto cecidisse viro), Met. XIV. 833 sq. — **1022.** *Turbaque natorum* (Pun. V 404 *turbamque nepotum*).

1025 sq. *Mirantur Danaum proceres,* ***miratur et ipse*** *Aeacides* (Arg. IV 246 sq. ***miratur et ipse*** Tyndarides, VII 444 ***miraris et ipse;*** cf. Met. XII 168 Hoc ipse Aeacides, hoc mirabantur Achivi, 213 Haemonii proceres aderant, aderamus et ipsi, Cir. 391 sq.).

1027. ***tendens ad sidera palmas*** [Pun. XV 561, XVII 635, Aen. I 93, Theb. I 497, X 336, Silv. III 4, 99; Arg. I 80 tendensque pias ***ad s. p.,*** cf. Met. XIII 411; tollens ***ad s. p.:*** Met. VI 368, IX 175, Trist. I 11, 21; Sustulit . . . ***ad s. p.:*** Aen. II 153, IX 16, Arg. IV 473].

1028. *fortissime Achilles* [*Achille* Santenus] (Her. III 137 fortis Achille). — **1029.** ***o regnis inimice meis*** [Pun. IV 662; cf. Phars. VIII 95 o thalamis indigne meis, Cir. 287].

1031. ***nunc sis mitissimus*** *oro* [Met. XIV 587 ***n. s. m.,*** opto]. — **1035.** *In senis extremos* (ita scripsi pro *extremis*) *tua dextera saeviat annos* (Met. XIII 503 sq. cinis ipse sepulti In genus hoc saevit): *Saltem saeva pater comitabor* ***funera nati*** [R. A. 127, Ibis 581, Theb. IX 365]. Aen. XII 880 sq., Met. III 58 sq.; XI 696 sqq. At certe vellem, quoniam periturus abibas, Me quoque duxisses . . . (704 sq.) Sed neque pugnabo, nec te, miserande, relinquam Et tibi nunc saltem veniam comes.

1037 sqq. *Non vitam mihi nec magnos concedis honores,* (ita scripsit L. Muellerus, sed adnotat se, quae eo versu edidisset, non posuisse quo vera putaret, sed ut aliqui efficeretur sensus; parum feliciter Baehrensius huic versui subvenire conatus scripsit *Non v. m. n. m. concede favores.* Optime restitui posse crediderim versum foede interpolatum lectione codicis Moguntiacensis a me ipso conlati, cuius supra iam mentionem feci. Is enim exhibet *Nec iam vita mihi magnos concedit honores*), *Sed funus crudele, mei* (post *crudele* interpunxi, Baehrensius *cr. mei:*) *miserere parentis Et pater* (non male Schenkelius *Et, precor,* cf. Met. XIII 598 sq. da, precor, huic aliquem, solacia mortis, honorem, Summe deum rector, maternaque vulnera leni) *esse meo mitis de vulnere disce* (Aen. XI 180 sq., Met. II 92).

1040 sqq. *Hectoris interitu vicisti* ***Dardana regna*** [Pun. III 710 *Donec victa tibi trepidabunt* ***D. r.;*** cf. III 616 *D. signa*], *Vicisti Priamum* (Aen. XII 545 Priami regnorum eversor Achilles, XII 936 sq.): *sortis reminiscere victor Humanae variosque ducum tu* ***respice casus*** (Trist. III 11, 67 sq. Humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem Et premit, incertas ipse verere vices, Aen. XII 43 sq. Respice res bello varias, miserere parentis Longaevi, Met. XV 494 similes aliorum ***respice casus,*** ex P. III 2, 92, Cir. 454; Sen. Troad. 271 variosque casus tremere). *His tandem precibus grandaevum* ***motus Achilles*** [Ach. II 282, A. A. I 441 Hectora donavit Priamo prece ***m. A.***] *Allevat a terra corpusque exangue* (Met. IV 244 c. e. ◡ — ◡) *parenti* ***Reddidit Hectoreum*** (Aen. II 542 sq. corpusque exangue sepulcro ***Reddidit Hectoreum;*** cf. Dracont. VIII 139, IX 44).

1046 sq. *tristesque ex more suorum Comparat exequias* (Fast. II 818 Cui paret exequias, Theb. VIII 209 tristesque rependant Exequias, XII 118) *supremaque* ***funera ducit*** [Georg. IV 256 tristia ***f. d.,*** Theb. XII 34 ***f. d.;*** Met. III 137 sq. dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet, XIV 746].

1049 sq. *Quadrupedesque adduntur equi currusque tubaeque Et clipei galeaeque cavae* [Baehrensius *ocreaeque,* Muellerus *graves,* num *iubaeque?*) *Argivaque tela* (Pun. VII 379 *Romanaque t.;* X 561 sq. *superaddita dona, Funereum decus: expertis invisus et ensis Et clipeus* etc., Aen. XI 80 Addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem, VI 233, XI 193 sq.; Pun. I 53 *Per* clipeos galeasque virum, Arg. III 76, Theb. II 530, IX 42). — **1051.** *Haec super ingenti gemitu componitur Hector* (Met. II 17 Haec super inposita est, I 67). — **1052 sq.** *Stant circum Iliades matres manibusque decoros Abrumpunt* (Her. III 15) *crines* (Aen. III 65 Et circum Iliades (stant) crinem de more solutae, XI 34 sq.). — **1058 sqq.** ***mediosque inmittere in ignes*** [Fast. II 651, Symphos. aenigm. XLVII] *Se cupit . . ., quam maesta suarum Turba rapit*

comitum (Phars. VI 251 sq. labentem turba suorum Excipit, VIII 661 sq. interque suorum Lapsa manus rapitur, Met. III 186 comitum turba est stipata suarum, III 564). — **1061.** ***robora flammae*** [Sedul. Pasch. carm. I 131]. — **1062.** ***Inque leves abiit*** *tantus dux ille favillas* (Met. VIII 524 Inque leves abiit paulatim spiritus auras, XIV 432, Manil. Astr. I 152; Pun. I 600 *An cinis, heu superi! tanto de nomine restat?* Met. XII 610 sq. Iam cinis est, et de tam magno restat Achille Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam).

1063 sqq. Sed iam siste gradum (Aen. VI 465, Pun. X 367 *Siste gradum*) ***finemque impone labori*** [Aen. II 619, Met. VI 240; cf. Met. VIII 68 finemque imponere bello], *Calliope, vatisque tui moderare carinam* (Met. III 593 sq. Addidici regimen dextra moderante carinae Flectere), *Raris*[1]) *quam cernis stringentem* ***litora remis.*** [Met. III 598; cf. Theb. I 39, Pun. IV 350]. Georg. IV 116 sq. extremo ni iam sub fine laborum Vela traham et terris festinem advertere proram.

1066 sq. *Iamque tenens portum* (A. A. III 748) *metamque* (Aen. V 159 Iamque propinquabant scopulo metamque tenebant; substantivum *meta* Silio in Pun. in deliciis est: V 24, 406, VII 478, 676, VIII 48 sq., IX 185, 549, X 208, XIII 299, XIV 8, XVI 149, XVI 512, 518) *potentis Homeri* (cf. Q. Enni carm. rel. emend. L. Muellerus p. 4, Lucr. I 124 semper florentis H., Pun. IV 525), *Pieridum comitata cohors* (Sen. Oed. 438 Bassaridum c. c., Pun. XI 462 sq., Trist. V 3, 10 Pieridumque choro), *sub**mitte rudentes*** [Aen. X 229 *in**mitte rudentes***]. — **1068.** *virgineos* (Fast. II 560) *lauro* ***redimita capillos*** [Fast. I 711, III 669, V 79, VI 483, Am. III 10, 3, Dracont. II 137; cf. Aen. III 81, Tib. III 4, 23].

1069 sq. *Ipsa, tuas depone lyras* (Met. VIII 16), *ades, inclita Pallas* (Fast. VI 652 Nunc ades o! coeptis, flava Minerva, meis), *Tuque fave vati*[2]) (Fast. III 714 Bacche, fave vati, dum tua festa cano, Met. III 613) *cursu iam, Phoebe, peracto.*

Quod poeta peracta iam navigatione deum invocat, ut carinam moderetur, forte ob oculos habuit Lucretium, qui et ipse opere ad finem vergente (VI 92 sqq.) sic ait:

Tu mihi supremae praescripta ad candida calcis
Currenti spatium praemonstra, callida Musa
Calliope, requies hominum divumque voluptas,
Te duce ut insignem capiam cum laude coronam.

Quam sollemne fuerit poetis opera sua cum navigatione vel cum curru et quadrigis comparare,[3]) cum aliis docetur exemplis tum his: Pun. VIII 48 sq. *Sed pressis stringam revocatam ab origine famam Narrandi metis breviterque antiqua revolvam,* Georg. II 41 pelagoque volans da vela patenti, I 40 Da facilem cursum atque audacibus adnue coeptis, Met. XV 176 sq. quoniam magno feror aequore plenaque ventis Vela dedi, Trist. I 1, 85 sqq. Et mea cymba, semel vasta percussa procella, Illum, quo laesa est, horret adire locum. Ergo cave, liber, etc., R. A. 811 sq.

---

[1]) Verba tradita *Quam cernis paucis str. l. remis* Baehrensius hoc modo traiecit: *Remis quam c. str. l. paucis.* Altero hexametri hemistichio non mutato pro *paucis* in textum recepi *raris*, pro qua inusitatiore voce *paucis* margini adscribi potuisse facile suspiceris (cf. Met. XII 595, Aen. III 314, IX 189).

[2]) Baehrensius *cursu vatis iam,* Muellerus *cursu vates iam,* libri *vatis,* L *vates.*

[3]) Cf. progr. p. 9.

Hoc opus exegi; fessae date serta carinae, Contigimus portus, quo mihi cursus erat, Sen. epigr. 41 (Baehr. P. L. M. IV p. 74) Vos mare temptetis, vos detis lintea ventis: Me vehat in tuto parva carina lacu, Nemes. Cyneg. 58 sqq. talique placet dare lintea cursu, Dum non magna ratis, vicinis sueta moveri Litoribus tutosque sinus percurrere remis etc., Sidon. Apoll. carm. 2 Siste, Camena, modos tenues portumque petenti Iam placido sedeat mihi carminis ancora fundo.

Quoniam hanc commentationem ad finem perduxi, facere non possum, quin grato prosequar animo memoriam GUILELMI STUDEMUNDI per plus sedecim annos strenui philologiae in academia Argentoratensi propugnatoris, qui et dum Argentorati commoratur, consilio et re me adiuvit et ne nunc quidem, postquam Vratislaviam vocatus est, consulenti mihi unquam defuit.

Postquam hoc opusculum typis paene totum excussum est, amicus quidam certiorem me fecit novam Iliadis Latinae editionem Lutetiae Parisiorum a. 1885 prodiisse (Italici Ilias Latina edidit, praefatus est, apparatu critico et indice locuplete instruxit Fridericus Plessis). Cuius editoris cum nuper Schenkelius in ‚Deutsche Litteraturzeitung' VII nr. 23 et C. Wagenerus in ‚Neue Philol. Rundschau' 1886 nr. 13 censuram scripserint, satis habeo ad tertium partis primae caput, quod inscribitur: *Num Silius Italicus?* pauca hoc loco adnotasse. Plessis igitur concedit non sine veritatis specie Epitomen Silio Italico vindicari: nec temporis rationem repugnare nec vero ex Martiali (VII 63) colligendum esse Silium ante Neronis obitum nullos versus composuisse, immo verisimile esse iuvenilibus annis tirocinii causa versus scriptitasse. «Praeterea», ipsius Plessisii verbis utor, «si perspicies, quid Silio circa rem metricam atque elocutionem placeat, non multum ab eo nostrum abesse reperies; neque discrepantiis quibusdam, paucis ac levibus, sat probatur, quoniam multi inter poetas, quos enumerare nil attinet, temporum condicione, etiam per unius poematis libros, a se ipsi videntur dissentire.» Nihilo minus Plessis Silio non adscribit Epitomen. Miratur enim nullum apud veteres huius rei testimonium reperiri, nullum in carmine ipso, quasi vero illustris poetae interfuerit carminis et iuvenili aetate confecti et sterilis ieiunique memoriam integram manere. Ceterum Plessisio olim idem, quod mihi nunc, contigit, ut libro iam fere absoluto in programma meum incideret. Itaque nescio an propter temporis angustias non satis ponderaverit argumenta, quae ibi protuli, cum parum firma ea esse contendat. Sperare autem audeo hac altera disputatione novissimum quoque Epitomes editorem ad meam sententiam, quam cum aliis viris doctis tum nuperrime Schenkelio et Wagenero probari libenter legi, adductum iri. Quod Plessis suspicatur Epitomen a grammatico quodam ad usum scholarem conditam esse, ideo parum probabile est, quia (ut alia omittam) ludimagistrum firmioribus Iliadis Homericae contrahendae legibus usurum fuisse paene certum sit.

Addenda.

49. *decimusque dies* ***patefecerat orbem,*** Ep. 650 *Ut nitidum Titan radiis* ***patefecerat orbem,*** Met. IX 795 Postera lux radiis latum ***p. o.*** (cf. Enn. Ann. 573 inde patefecit radiis

rota candida caelum), Pun. VIII 192 *Orta dies totum radiis impleverit orbem*, Aen. IV 118 sq. ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan radiisque retexerit orbem, V 65 sq.

57. (p. 18) *portus intrare salutis*, cf. Pun. VI 611 sq. *Fabioque salutis habenas Credere* (I 144). Utrumque Silii carmen imaginibus ex re nautica depromptis abundare supra (p. 1 et progr. p. 8) commemoravimus, cf. Pun. VII 23 sq. *ultima fessis Ancora cur Fabius, quem post tot Roma procellas Hannibali putet esse parem*, IV 158 sq. *spissaeque ruunt conferta per arva Undae Boiorum* (XIII 760, X 239, 244 sq.), VIII 32 *curarum comprime fluctus*.

96. ***delapsa per auras*** [Met. VIII 51, Am. III 5, 21, A. A. I 43, cf. p. 22 adnot.].

98. (p. 20) «*tantum*»*que* ***ait***, «***optime coniunx***» [Pun. II 678 «*tibi ego haec*», ***ait***, «***optime coniunx***»].

127. *Fortibus arma iube socios aptare lacertis* (Pun. XIV 496 *Arma puer niveis aptarat picta lacertis*).

238. ***Nec non et*** [Pun. VII 86]. — **889.** ***Haec inter*** [Pun. VI 689].

368 sq. (hastam) *Torquet in Aiacem: telum deerravit ab hoste Inque hostem cecidit*, 513 sq. (iaculum) *intorquet, quod detulit error ab illo Pectus in aurigae* (Met. V 90 Intorquet iaculum, quod detulit error in Idan, VIII 411 sq., XII 83).

635. *Postera cum primum* ***stellas Aurora fugarat*** [Culex 43 tenebras ***A. f.***, Aen. III 521 Iamque rubescebat ***stellis Aurora fugatis***, Met. II 144 effulget tenebris ***Aurora fugatis***, VII 100 Postera depulerat stellas Aurora micantes, IV 81 Postera nocturnos Aurora removerat ignes, XV 665 Postera sidereos Aurora fugaverat ignes, Aen. V 42 sq. Postera cum primo stellas Oriente fugarat Clara dies.

677. *ruit undique turbidus Hector* (Pun. XVII 121 *prosiluit castris ceu turbidus amnis*, *II 619 turbidus ira*).

680 sq. *leves in* ***castra*** *catervae* (Pun. I 220 *castra* ***cohortes***) *Confugiunt*, cf. 758 *fugiunt in castra Pelasgi*, 769 *fugiunt . . . castra Pelasgi*.

908. ***gurgitis undis*** [Pun. XII 750].

532 sqq. *Pugnat bellipotens casta cum Pallade Mavors*
Ingentemque movet clipeum; quem sancta virago
Egit et extrema percussum cuspide laesit

Locum misere foedatum Suringarius et Wernsdorfius ita emendare conati sunt, ut legendum censerent *Aegide et* pro *Egit et*, Schenkelius *Oenidae*. Num *Abietis?* (codex Moguntiacensis Nr. 9 [41] praebet *Agit* pro *Egit*), cf. Pun. IV 254 sq. *Volvitur ille solo: nam pronum effundit in armos Fata extrema ferens* ***abies***.

Ad v. **943** p. 52, ubi de Baehrensii coniectura *timor hinc, hinc concitat ira* agitur, cf. Pun. V 198 sq. *lacus hinc, hinc arma simulque Consona vox urguet*.